BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 A
26

13 - 8 . C . 22

Lo 1197 f 3°

PRACTICA OTHONIS ANTIQVI DOCT. ORDINIS IVDICIARII.

VNA

CVM PRAXI BARTHOLOMAEI
Brunatij Iuriſconſulti excellentiſſimi.

ADIECTIS SVMMARIIS
& omnium materiarum indice locupletiſſimo.
In communem ſtudioſorum Iuris
utilitatem.

Pertinet ad Bibliot: de Urbe



Francisci Angelini I.V.D.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

VENETIIS.
Apud Franciſcum de Portonarijs. 1567.

TITVLI ORDINIS IVDICIARII OTHONIS ANTIQVI Doctoris Clariſſimi.

Acceptilationibus.		car. 4
Aduocatis & eorum preuaricationes & errore.		10
Appellationibus.		27
Compenſationibus.		22
Confeſſis.		24
Dilationibus.		22
Edendo.		1
Exceptionibus generalibus.		15
Exceptione	Pacti.	16
	Tranſactionis.	17
	Iuriſiurandi.	18
	Reiudicatæ	19
	Doli & metus.	20
Inius uocando.		2
Inſtrumentis.		14
Iuramentis teſtium.		13
Iureiurando:		9
Litiſconteſtatione.		9
Officio iudicis ante litiſconteſt.		7
Officio iudidicis poſt litem conteſt.		25
Deq; ſententia ferenda.	Quando ſententia non teneat.	27
	Preſumptionibus.	11
	Probationibus.	10
	Procuratoribus.	4
Satiſdationibus.		3
Solutionibus.		23
Teſtibus.		12
Vſucapionis & preſcriptio.		21

INDEX RVBRICARVM PRAXIS BARTHOLOMAEI BRVNATII. V. I. D.

De cauſę concluſione. fol.85
Citatione. 28
Comparentibus. 37
Comparitione. 32
Competentia iudicis. 31
Contumacia rei. 33
Correctionibus libelli. 39
Diuiſione omnium exceptionum. 51
Exceptionibus. 39
Exceptionibus contra coniunctam perſonam. 42
Exceptione contra tutorem teſtamentarium. 45
Exceptione contra tutorem legitimum. 46
Exceptionibus generalibus contra tutorem. 48
Exceptionibus contra monachum. 48
Exceptionibus contra ſuo nomine agentes. 49
Exceptionibus contra abſentem, ut procuratorem in rem ſuam. 51
Exceptionibus peremptoriis. 54
Exceptionibus mixtis. 57
Exceptionibus annomalis. 58
Exceptionibus contra perſonas teſtium. 68
Exceptionibus contra dicta teſtium. 73
Forma ſententiæ. 88
In cauſis appellationũ quomodo pronunciandũ eſt. 103
In integrum reſtitutione. 39
Inſtructione iudicis tam in cauſis commiſſariis, quam ordinariis, & primo in commiſſariis. 101
Iudice ordinario. 102
Iuramento calumniæ. 1
Libelli oblatione. 38
Litis conteſtatione. 59

† 2 Obiectio-

Modo citandi. 36
Obiectione, ratione constituentis. 43
Productione instrumentorum. 80
Prolatione ſententiæ. 87
Poſitionibus, & articulis, & quis primo reſpondere debeat, actor uel reus. 63
Prouocationibus & appellationibus. 90
Quando exceptiones dilatoriç proponantur. 53
Quæ dicantur exceptiones dilatoriæ, & de ipſis dilatoriis. 52
Quomodo in condemnatione expenſarum pronunciãdum ſit. 103
Replicationibus. 58
Reuocatione confeſſionis. 62
Singulis ſpeciebus probationum. 76
Termini aſſignatione. 62
Teſtium publicatione. 63
Tutela fęminarum. 47
Vltimis uoluntatibus. 83

INDEX ET LOCVPLEX ET FIDELIS OMNIVM CONTENTORVM

in Traxi Bartholomæi Brunaty Doctoris præſtantiſſimi feliciter exorditur.

ABBATTIBVS & prælatis qui per electionem præficiuntur omnis adminiſtratio de rebus eccleſię eſt conceſſa.nu.5 fol.49
Abſens. Contra abſentē & nō citatū quis tacite uel expreſſe ꝓcedere nō pōt,& ꝓceſſus eſt null'.n.2.& 3 28
Abſenti cauſa Reipublicę, uel minoris,uel eccleſiæ, ſi eſt elapsū tēpus proſequēdæ appellationis, & petitur in integrum reſtitui, apud quem debet fieri reſtitutio.num.21 96
Abſolutio an ſequi debeat, quotieſcunque denuo agitur. & aliud probat.num.4 77
Acta. Nihil enim eſt quòd magis hominibus debeatur, quam acta ſeruari.num.29 2
Acta coram uno iudice an proſint coram alio.nu.39.72
Actio ante conditionem non eſt nata.nu.4 50
Actionum utrum quis non habeat, uel habeat talem, quę per exceptionem elidatur, nihil intereſt. num.1 59
Actor quando in termino non comparet,nec reus, tūc neuter in aliquo condemnatur.nu.2 32
Actor in libello debet petere & proteſtari de expenſis factis, & faciendis.num.4 38
Actor in ſuo libello plures intentans actiones non eſt audiendus.nu.6 50

Actor ſi minus probat de ſua intentione, poteſt iudex iuramentum deferre nu. 2 62
Actor poteſt producere teſtes, ut ſuper libello exami nentur.nu.3 63
Actor qui in prima dilatione fecit quidquid potuit in faciendo citari duos teſtes, qui uenerunt. ꝙ habebit eam dilationem ſolum ad producendum illos duos nume.9 85.
Aduerſarii nomen an in electione poni debeat. nume.31 97
Affinis an pro affini teſtificari poſſit.n.4 69
Alterum probare ſatis eſt, quoties in libello plura proponuntur.nu.5 78
Amicus an poſſit eſſe teſtis.nu.1. 68
Appellandi iuxta cauſa eſt, ſi ad ſententiam procedatur ante publicationem teſtium.nu.1. 67
Appellandi uiua uoce facultas quanto tempore duret.nu.23 96
Appellare quis debet ad maius tribunal.nu.7 92
Appellari an poſſit a ſententia ſuper legitimatione perſonarum, ubi quòd circa procuratorem ſic, in tutore diſtinguit, in principali perſona non.n.4 44
Appellari quando poſſit, a ſententia lata ad ulteriora eſſe, uel non eſſe procedendum.nu.5 44
Appellari ꝙ poſſit, & quando non, a ſententia lata ſuper exceptione dilatoria.nu.6 44
Appellari an poſſit die feriata.nu.26 97
Appellatio in quibus cauſis ſit prohibita.nu.4 91
Appellatio non admittitur a ſentētia arbitri.n.12 94
Appellatio an permittatur a ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis redditum de uoluntate partium.nu.22 96
Appellationis tempus quando incipit currere. nume.1 91
Appellationis omiſſio purgat turpitudinem ſententiæ.nu.2. 91
Appellationis in deſertione quæ ſint iudicis partes

numero 13 94
Appellationis exercendi eſt tempus triplex.nu.14 94
Appellatione pendente nihil eſt innouandum.n.9 93
Appello qui dicit,uidetur dicere ſententiam nullam. nu.24 96
Cetera uide infra in verſi.Forma.in ver.Iudex. et in ver.Sententia.
Articulos per uerba negatiua conceptos iudex reiicere debet.nu.2. 64
Reliqua habes infra in ver.Teſtes.
B
BENEFICIVM a iure indultum nemini eſt auferendum.nu.3 91
Bonorum poſſeſſio quæ denotat ius aliud eſt, & aliud poſſeſſio bonorum quæ denotat factum.nu.4 52
C
CAECVS non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Cęcus agens de teſtimonio uiſus non admittitur.nume.25 71
Cautela utendi uidentibus probationes factas ultra, uel præter libellum.nu.6 78
Cautela in qualibet productione inſtrumenti,uel ſcripturæ.nu.2 81
Cauſæ concluſio eſt renuntiare iuribus inducendis,& qualiter fiat.nu.1.& 2 85
Cauſæ appellationis nullitatis non ſunt tractandæ coram eodem iudice.nu.19 96
Ceſſionarius agens non tenetur docere de ſua ceſſione ante litis conteſtationem.1 51
Citatio in die uel ad diem feriatam, eſt nulla, & reus non tenetur comparere.nu.8.& 9 30
Citatio debet fieri iudicis mandato, aliter non uidetur legitima,imò nec nuntius aliter poteſt citare, nec etiam alius: quia puniendus eſt de falſo. nume.10. 30
Citatio an per quemlibet nuntium poſſit fieri. nume.11 30

Citatio ad domum an ſufficiat nu.13 30
Citatio in abſentia domini ſufficit procuratoris qui ea admiſit. nume.16 30
In citatione faciẽda conſiderabit aduocatus actoris, ne citari faciat patrem uel pronum ſine uenia, alias filius uel libertus luit pœnam legis. nu. 1 29
Reliqua habes infra in uer. comparere.
Clericus coram iudice ſeculari non tenetur comparere, nec poteſt citari. n. 6 31
Fallit in cauſa reconuentionis, & tenet iudicium. nume.7 31
Clericus pro laico in foro ſeculari procurator eſſe non poteſt. Item nec contra eccleſiã in qua beneficium habet. nu. 18 & 19 42
Clericus ſub iudice ſeculari reſpondere non tenetur. nume.4 53
Clerici ſeculares uolentes poſſunt legitime tutelam recipere, & exercere. nu. 8 46
Reliqua inuenies infra in ver. Laicus.
Codicilli dependent à teſtamento, & uires capiunt ab eo. num.6 84
Collateralis an poſſit pro collaterali teſtimonium dicere. num.3 68
Comparere. Qui ad maius tribunal uocatur, ſi per alium fuerit citatus, non tenetur comparere. Item nec ille qui equo publico uehitur, & dum ſacra miniſtrat. & qui funus familiaris ducit, & dum ducit uxorem, nu. 6. & 7 29
Comparitio eſt citationis effectus, nu.5 29
Comparitio rei uel actoris ſeu procuratoris non legitima an releuet comparentem. nu.5 60
Confeſſus an appellet. nu.7 89
Confirmans datum uidetur dare. nu.1 46
Confirmatio uel electio ſi eſt inualida, appellatio nõ eſt neceſſaria. nu.30 97
Coniunctus a teſtimonio repellitur. nu.24 71
Conſulendum eſt alieni ad ſuum conſequendum. numero

mero 6 34
Contumatia actoris maior eſt quam rei.nu.1 32
Contumax uerus quis dicatur.nu.4 32
Contumax uerus tripliciter dicitur.nu.5 92
Contumax excommunicatus auditur.nu.6 92
Credens hęreticis non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Creditori miſſo in poſſesſionem per cõtumatiam rei, nullo modo competit ius agendi ſeu accuſandi de turbata poſſesſione,ſi inquietatur, ſeu turbatur a debitore,& quæ actio huic competat.nu.2.& 3 34
Criminoſus in crimine perſeuerans a teſtimonio repellitur.nu.14 70
Criminoſus contra criminoſum non admittitur in teſtem.nu.18 70
Curator procuratorem conſtituit ad negotia omni tẽpore.nu.20 42
Curator uel tutor eam defenſionem ſuſcipit: quam ſuſciperent minores ſi eſſent maiores.nu.3 46

D

DAMNATVS de crimine publico,non agit,nec conſtituit procuratorem.nu. 1 43
Dicens appello,uĩ dicere ſententiam nullã.n.24 96
Dictum teſtis obſcurum,uel confuſum,uel ambiguum ſeu incertum non ualet .nu.2 73
Dictum teſtis in ſe ipſo uariũ nun admittitur.n.4 74
Dicta teſtium non conuenientia,nec ſeruientia intentioni producentis,non admittuntur.nu.20. 76
Dies ultima termini comparitionis ſi fuerit feriata, admittitur in ſequenti. numero 14. fol.30.& numero 8 78
Dies & conſul eſt de ſubſtantia inſtrumenti.n.3 81
Die feriata an posſit appellari.nu.26 97
Differentia inter teſtamenta & codicillos.n.4 84
Dilatio quorum lex ſit.nu.3 52
Diu,quantum tempus intelligatur.nu.3 50
Domeſticus non eſt legitimum teſtis.nu.8 69

Debitor an teneat liberare fideiussore a fideiussione. 50. nu. 2.

ELECTIO

E

ELECTIO uel confirmatio ſi eſt inualida, appellatio non eſt neceſſaria. nn. 30 97
Examinationem teſtium in cauſa criminali, non poteſt iudex alteri committere. nu. 19 75
Exceptio procuratoria eſt duplex, & duplex eſt modus eam probandi. nu. 2. & 3 40
Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam eſt obiicienda. nu. 11 41
Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam poteſt obiici. num. 1 53
Exceptiones dilatoriæ quæ dicantur. nu. 1 52
Exceptio procuratoria debet opponi ante litem conteſtatam. nu. 2 43
Exceptio quæ opponi poſſit contra tutorem teſtamentarium. nu. 1. 45
Exceptio peremptoria quæ dicatur. nu. 1 54
Exceptio concluſionis poſt ſententiã obiicitur. n. 5. 55
Exceptionis probatæ ex obiectu, an poſſit puniri is, cõtra quem fuit obiecta. nũ. 11 57
Exceptiones perpetuę & peremptoriæ, temporales & dilatoriæ, quę dicantur. nu. 3 54
Exceptiones peremptoriæ quando obiiciantur, & infra quantũ tempus probandę ſunt. n. 4. fol. 55. & n. 6. 56
Exceptiones peremptorię per quos, & contra quos proponendæ, ſint. nu. 8 57
Exceptiones peremptoriæ qualiter, & quibus uerbis proponantur. nu. 9 57
Quõ ſuper exceptionibus pronuncietur nu. 1 57
Exceptiones annomartę quæ dicantur. nu. 1 58
Excommunicatus an poſſit teſtari. nu. 2 84
Excommunicatus iudex eſſe non poteſt. nu. 2 31
Excommunicatus an poſſit eſſe procurator. nu. 15 41
Excommunicatus non agit, nec conſtituit procuratorem. nu. 1 43
Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. nu. 17 70
Excommunicatus contra excõicatum non admittitur in-

inteſtem.num.18. 70
Exẽplo exempli decreto iudicis publico an credatur num.18. 83

F

FACIENS inſtrumentum falſum,etqui eo in iudicio utitur.pari pœna puniuntur. num.14. 82.
Facultas appellandi uiua uoce quanto tempore duret.num.23. 96
Falſitas eſt mutatio ueritatis,& committitur dolo adhibito.num.10.& 11. 82
Falſum contra quem committatur, & quaſi falſum,& qualiter de falſo agatur.nu.12.& 13. 82.
Familiaris non eſt legitimus teſtis.nu.8. 69
Fideicommiſſarius, & legatarius, pro eorum relicto à teſtimonio repelluntur.nu.21. 70
Fideiuſſor teſtis eſſe non poteſt.nu.7. 69
Filius familiàs non poteſt eſſe procurator.nu.13. 41
Filius familiàs non agit,nec conſtituit procuratorem num.1. 43
Filius familiàs ſine conſenſu patris non agit, nec defendit.nu.2. 50
Forma productionis articulorum, cum proteſtatione ſequenti poſt.num.11. 66
Forma appellationis, & quomodo in cauſa appellationis,pronuntietur.& de formis libellorum .c au ſa appellationis.n. 16.f.94.n.17.f.95.& nu.20. 96
Forma appellationis ab interlocutoria,uel grauamine.num.17. 95
Furioſus non poteſt eſſe iudex.num.4. 31
Furioſus à teſtimonio repellitur.num.10. 70

G

GESTA & acta coram uno iudice an proſint coram alio.nu.39. 71

H

HAERES in inuentario confeſſus quædam in hæreditate inueniſſe,& poſteà dicit ſe erraſſe,& uult contrauenire,nunquid poſſit.num.14. 80

Hereticus

Hæreticus non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Hæretici non ſunt legitimi teſtes.nu.26 71

I

IMPVBERES a teſtimonio repelluntur.n.20. 70
Incompetens iudex non poteſt iudicare.nu.5 31
Infamis non poteſt eſſe teſtis.nu.15 70
Item nec iudex.nu.3 31
Infirmus citatus in iudicium ire nõ cõpellitur.nu.4. 29
Inimicus in teſtem non admittitur.nu.30 71
Inſtructus a teſtimonio repellitur.nu.24 71
Inſtrumentum publicũ facit ſimplicem probationem in odium contumacis.nu.1 33
Inſtrumentũ ſine notarii ſigillo an fidẽ faciat.nu.7. 40
Inſtrumẽtũ in forma publica oĩa ſolennia cõtinẽs nõ probat, nec fidẽ facit, ſi conficiens non eſt perſona publica.nu.4 51
Inſtrumentum ſi producitur aliquando de terra unde non cognoſcitur,qui ſcripſit,eſt ei ſtandum,ei appareat in publica forma,non uitiatum in aliqua parte ſui.nu.5 81
Inſtrumentum caſſum & cancellatũ in loco ſuſpecto non ualet.nu.9 81
Inſtrumentum falſum faciens,& qui eo in iudicio utitur,pari pœna puniuntur.nu.14 82
Inſtrumento corroſo,uel uetuſtate abolito, uel conſumpto,an ſit fides adhibenda.nu.15 82
Inſtrumenta produci poſſunt uſque ad concluſionem in cauſa.nu.1 80
Inſtrumenta de nouo reperta ꝙ poſſint produci poſt cõcluſum in cauſa,ẽt peremptorio emanato.n.7 84
Inſtrumenta publica quę dicantur.nu.10 85
Iudęus non eſt legitimus teſtis.nu.26 71
Iudęus non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Iudex pedaneus de minimis tm̃ cauſis cognoſcit.n.1. 31
Iudex excommunicatus eſſe non poteſt.Item nec infamis.num.2.3 31
Item nec minor xxv.ann.nu.4 31

Nec

Nec cęcus. nec ſeruus.nec furioſus, nec hæreticus, uel credens hereticis.nu.4. 31
Iudex incompetens non poteſt iudicare.nu.5 31
Iudex latrunculus de re pecuniaria cognoſcere nõ poteſt.num.6 31
Iudex poteſt mulctare contumaciam,& pro modo ſuæ iuriſdictionis reum condemnare.nu. 8 35
Iudex debet creditorem in tenutam poſſeſſionis miſſum defendere ,ut uis ſibi non inferatur.nu.9 35
Iudex non debet feſtinare ad interponendum ſecundũ decretum,ſed debet expectare.nu. 11 36
Iudex ſi pronuntiat aliquem procuratorem,qui nõ eſt nunquid proceſſus pręiudicabit domino. nu.2 45
Iudex,propoſitis omnibus exceptionibus contra procuratorem,ſi pronunciabit ꝙ iſtis non obſtãtib^9 admittat,uidetur quod ſententiæ præiudi .et.nu.3.45
Iudex decernẽdo tutorẽ non ſedit ꝓ tribunali.n.6 46
Iudex nõ poteſt examinationem teſtium in cauſa criminali alteri committere.nu.19 75
Iudex non debet animum ſuum ad unam ſpeciem probationum reſtringere.nu. 1. 76
Iudex qui cauſam conſulendo commiſit,an poſſit commiſſionem reuocare,& ipſe renuntiare.nu.3 86
Iudex an teneatur ponere in ſententia,quare condemnat,uel abſoluit.num.2. 88
Iudex ſi pręcepit ueio,uel.Seio,ne de poſſeſſione cuiuſdam fundi ſe intromitterent, hinc ad rationem cognitam ſub certa pœna,nulla facta litis conteſtatione,nullo porrecto libello,nullis factis poſitionibus ad ꝓductionẽ teſtiũ fuiſſe proceſsũ ĩ cauſa ꝑ utrãq; partem,an ualeat quod factum eſt,& ſuper quo debeat iudex ferre ſententiam.num.3 89
Iudex ſi pronuntiauit quẽ uiolentiam commiſiſſe,poterit poſtea declarare utrum itellexerit de uioletiã publica uel priuata.nu.6 89
Iudex eccleſiaſticus an ſe intromittat de iuriſdictione ſecularis.nu.8 89

Iudex qn̄ habeat inhibere proceſſum & executionem.nu.10 93
Iudex appellationis nō debet aliquid incipere,nec iudex inferior debet propterea executionē retardare, quouſque conſtet quod ſit ad eum deuoluta iuriſdictio.num.11. 93
Iudex quis primus, an ſecundus exequatur ſententiā & ex cuius ſententia oriatur actio. nu.15. 94
Iudex à cuius interlocutoria eſt appellatum,ſi appellationi nō detulit,nō habet ipsū in proceſſu de cætero citare,& eſt nunc uerus contumax . Intelligit uerum ſi iudex dedit appellanti apoſtolos.n. 34. 98
Iudex reiicere poteſt articulos per uerba negatiua conceptos.nu.2 64
Iudex,p̄ſtito iuramento de calumnia ab utraq; parte, debet ſtatuere terminum ad probandum.nu.1. 62
Iudex ſi nullam dilationem ad probandum aſſignauerit, nunquid ſi aliqua partium probationes ſuas induxit,ualebunt.nu.2. 63
Iudex poteſt iuramentum deferre,ſi actor minus probat de ſua intentione.nu.2. 62.
Iudicis officium interim quieſcere debet,data dilatione.nu.1. 64
Iudicis q partes ſint in deſertiōe appellationis n.13.94
Cętera uide intra in uerſi.Reus.
Iudicium ſumit uires per litis conteſtationē.nu.2. 52
Iudicium nullū eſt,citra litis conteſtationem.n.2. 60
Iudicium incipit à citatiōne.num.1. 28
Iudicio ſi quis ſine citatione accidētaliter ex alia cauſa adſit,nūquid tenebitur reſpōdere petenti.n.2. 28
Iuramentum calumnię à quibus pręſtetur.nu.1. 61
Iuramentum an,et quando deferatur,& cui,& quando non in defectum probationum. nu.3. 77.
Iuramenti triplex eſt genus.nu.1. 61

L

LAICVS in clericum non admittitur in teſtem in cauſa criminali nec contra.nu.31.& 32. 71

Latrunculus

Latrunculus iudex de re pecuniaria cognoſcere non poteſt.nu.6. 31
Legatarius,& fideicommiſſarius pro eorum relicto a teſtimonio repelluntur,nu.21. 70
Lex facta à pretoribus ꝙ quilibet ſoluat collectã infra decem dies ſub pena quanti plurimi ſecundum formam ſtatuti, ſi non reperiatur ſtatutum,quod tamen lex ualet.nu.8. 85
Libellus ſine dubio offerendus eſt, preterquam in breuibus cauſis.nu.1. 36
Libellus debet continere rem cauſam, & actionem, cũ ſuis concordan.nu.2. 36
Libellus an de partium conſenſu poſſit tacitè,uel expreſsè omitti.nu.3. 36
Libellus ĩ cauſa pecuniaria quomodo formet̃.n,7. 37
Libellus pro damno dato,peto eum puniri,& condemnari, & damna mihi emendari, procedit, quia uт̃ intentata accuſatio criminalis,& incidenter imploratum oficium iudicis.nu.8. 37
Libellus utrũ offeratur in petitione alimẽtorũ.n.9.38
Libellus cauſe eſt fundamentum.nu.1. 38
Libellus poteſt emendari,corrigi,& mutari ante litem conteſtatum.nu. 1. 39
Libellus in quo nomen iudicis non continetur an procedat.nu.2. 53
Libellus ineptus & obſcurus conceptus per uerba incerta non procedit.num.3.&6. 53
Libellus de conſenſu partium non poteſt omitti, uel remitti.nu.2. 87
Libelli appellatorii forma, qui datur iudici ad quem num.32. 98
Libelli oblatio cauſe eſt initium.num.1. 51
In libello debet conſcribi nomen iudicis coram quo,& nomen certum actoris agentis,& rei conuenti, & nomẽ actionis,cũ oibus ſuis circũſtantiis.n.1. & 2. 38
In libello debet actor petere & proteſtari de expenſis factis et faciendis.nu.4. 38

Lis an debeat conteſtari in cauſa appellationis ab in terlocutoria,q̃ ſic quando pars eſt p̃ſens.n.35. 98
Lis per ambas partes conteſtari debet num. 4. 60
Litis conteſtatio an poſſit remitti de partium conſen ſu.nu.6. 60
Lites ſopitę non debent iterum reſtaurari.nu.7. 56
Literę capituli uel conuentus ſigillo eius munitę fides eſt pręſtanda,ſicut publico inſtrumento,& eandem uim habent.nu.5 40
Literę clericatus ſunt in forma priuata,nec habẽt ſubſcriptionem,nec ſigillum ſuperioris,uel capituli nõ probant.nu.6. 40
Locus ubi initus eſt contractus inſtrumento inſeri debet.num.7. 81

M

MAGISTRATVS maiores durante officio citari non debent.nu.3. 29
Magiſtratus maiores nec agunt nec conueniunt durante eorum adminiſtratione.nu.5. 50
Mandatum in quo non exprimitur ad quod conſtituatur eſt nullum.num.8. 40
Maritus an poſſit eſſe procurator pro uxore.nu.17.42
Maritus ſine ſatisdatione de rato non auditur.n.1.42
Marito & uxore non licet edere inter eos famoſas actiones.num.1. 49
Miles non poteſt eſſe procurator.num.12. 41
Minor 25.ann.non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Minor non poteſt eſſe procurator.num.12. 41
Minor filius fa. non agit. nec conſtituit procuratorem.num.1. 43
Minor 25.ann.tutor eſſe non poteſt.num.7. 46
Minor qui iure comuni uſus eſt,non eſt reſtituendus num.3. 100
Minor qui in criminalibus iuri ſuo renuntiauit, nũquid reſtituatur.num.4 19
Minores in omnibus quę ſcienter, uel ignoranter prætermiſerunt,in hoc læſi fuerint,ſine dolo aduerſarii reſtituuntur

reſtituuntur.nu.1 99
Minoritatem cui incumbat onus probandi.nu.2 100
Miſſio in poſſeſſionem facienda eſt in bonis debitoris uacantibus, quæ a nemine alio poſſidentur, a nemine defenduntur.nu.5 34
Miſſus ex primo decreto nullo modo poſſidet,niſi uſque ad an.nu.4.fol.34.& nu.7 35
Monachus nec per ſe,nec per alium in iudicio eſſe poteſt.nu.14 41
Monachus nõ agit,nec conſtituit procuratorẽ.nu.1.43
Monachus ſine clauſtro uiuere non poteſt,ſic ut nõ poſſunt piſces uiuere ſine aqua.nu.4 49
Monachus regularis, uel alius religioſus ſub obedientia aſtrictus, non poteſt eſſe teſtis ſine ſuperioris licentia.nu.23 70
Monachi habentur pro mortuis mundo, & nihil poſſident, cũ ab aliis poſſideantur,nec habent uelle,nec nolle,& pro ſeruis reputantur.nu.2.& 3 49
Mulier non poteſt procuratoriam exercere.nu.16 41
Mutus a teſtimonio repellitur.nu.20 70

N

NOMEN iudicis coram quo, debet in libello conſcribi,& nomen certum actoris agentis, & rei conuenti,& nomen actionis, cum omnibus ſuis circunſtantiis.nu.2.& 3 38
Notato ſine uerberibus non ſtatur.nu.29 71
Nuncius quilibet an poſſit citare.nu. 11 30
Nuncio an hodie credatur.nu.12 30

O

OBLIVIO nõ preſumitur niſi ex lõgo tpe.n.5.39
Officium iudicis a quo appellatur quid ſit nu.8 92

P

PAGANI non ſunt legitimi teſtes.nu.26 71

Parens pro filiis,nec deſcendentibus teſtificari poteſt' & quid de collateralibus,& affini.nu.2.3.& 4 68
Pater agens ad dotem ſine conſenſu filiæ, uel econtra repellitur.nu.7 50
Patronus in cauſa contra quam producitur non eſt legitimus teſtis.nu.37 71
Pauper a teſtimonio repellitur.nu.27 71
Poſitiones poſſunt eſſe infinitę ſecundum factorũ qualitates,& fiunt ad partis petitionem.nu.3. 64
Poſitiones poſſunt fieri, & inſtrumenta produci uſque ad concluſionem in cauſa.nu.1 80
Poteſtas iudicis ultra probationẽ nõ extẽditur.n.7.78
Practica impugnandi & iuſtificandi appellationem ab interlocutoria,ubi ꝙ ex primis aliis impugnari & iuſtificari debet,& qualiter hoc intelligatur.n.36 98
Prælatus eccleſiæ pro ſua eccleſia teſtificabit.n.13. 70
Pręlatis ꝙ per electionem pręficiuntur,omnis adminiſtratio de rebus eccleſiæ eſt conceſſa.nu.5. 49
Præſens. Si quis citatione accidentaliter ex alia cauſa iudicio adſit nunquid tenebitur reſpondere petenti. num.4 29
Poſiiones. Vide infra in uer. Probationes.
Probare alterum ſatis eſt,quoties in libello plura proponuntur.nu.5 78
Probare an quis poſſit contra id quod continetur in inſtrumento contra exhibito ſi uult.nu.13 80
Probatio incumbit ei qui dicit.nu.1 39
Probatio inſtrumentorum & per confeſſiones,& per poſitiones uſque ad concluſionem fieri poteſt.nu.4 64
Probatio per ſolũ iuramentũ non eſt facta.nu.6 65
In probatione ad æternam rei memoriam publicãtur teſtes,& copia traditur partibus.nu.10 79
Probationes duæ ſemiplenæ ſeu præſumptiones cum aliis adminiculis probant.nu.11 79
Probationum genus ſex continet ſpecies.nu.1 76
Procurator debitoris ſi fuerit citatus an ex hoc dominus erit contumax, ſi nec ipſe, nec eius procurator comparat.

comparat. nu. 15 30
Procurator non eſt admittendus ad ſententiam audien dam niſi ad hoc ſpecialiler, uel ad totam cauſam ſit ſpecialiter conſtitutus.nu.9 41
Procurator in cauſa ſtatus non conſtituitur.nu.10. 41
Procurator in cauſa contra quam producitur nō eſt le gitimus teſtis.nu.37 71
Procurator ſi eſt condemnatus & appellat, an debeat appellarę proprio nomine an procuratorio nomine domini.nu.29 98
Procuratoris citatio quem admiſit, in abſentia domini ſufficit.nu.16 30
Proponēs contraria non auditor.nu.18 95
Prouiſum a iure communi, non precibus imploratur. nu.5 101
Proxenetæ teſtimonium non ualet.nu.28 71
Pubes factus an poſsit teſtificari de his quę uidit in pupullari ætate.nu.21. 70

R

RECEPTIO teſtium ante litem conteſta. ualet. Item ante publicationem aliorum teſtium nō ualet. nume.15.& 16 75
Redemptus teſtis. Vide infra in uerſiculo teſtis
Regularis religioſus nec per ſe, nec per alium in iudicio eſſe poteſt.nu.14 41
Regularis uel alius religioſus ſub obedientia aſtrictus non poteſt eſſe teſtis ſine ſuperioris licētia.n.23. 70
Remotus ab aliqua dignitate propter ſui turpitudinē teſtis eſſe non poteſt.nu.16. 70
Reus contumax non appellat.nu.3 32
Reus quando in termino non comparet,nec actor,tunc neuter in aliquo condemnatur,nu.2 32
Reus data tenuta non auditur,niſi ſatiſdet de lite proſequenda,ſiue de iudicio ſiſti &c.nu.10 36
Reus comparens per procuratorem non legitime conſtitutum, perinde eſt ac ſi legitime non ueniſſet. Et quid ſi in citatione ipſa comparet pro-

curator non legitimè conſtitutus, & donec tractatur de legitimatione perſonę: termini aliarum citationum tranſierunt, an poterit iudex procedre contra reum tanquam contumacem. nu.5. & 6 37
Reus eſt in exceptionibus ſuis actor. nu.2 54
Reus, ſi legitimis indiciis non præcedentibus, totum proceſſum confiteatur, non nocet ſibi confeſſio facta in tormentis, uel terrore tormentorum niſi poſtea repetitus in prima confeſſione perſiſtat. n.3. 62

S

SCIENS certificari non oportet. nu.6 29
Scriptura priuata a perſona priuata ſcripta non probat. num.16 83
Scriptura priuata non facit plenam fidem. nu.4 40
Sententia ferenda eſt ſecundum modum libelli. numero 4 36
Sententia quibus modis dicatur nulla. nu.1 87
Sententia diffinitiua non lata in ſcriptis eſt nulla. nume.3 87
Sententia contra non citatum nulla eſt, nu.8 87
Sententia an teneat, altero ex litigatoribus mortuo num.27 97
Sententia per appellationem extinguitur, non tamen irreuocabiliter. nu.33 98
Sententia in cauſa appellationis ab interlocutoria qualiter profertur. nu.37 99
Sententiæ tenor qualiter debeat ſcribi. nu.1 88
Sententiam a qua extitit appellatum, & per iudicem appellationis confirmatum, quis executionem mandabit. nu.25 97
Sententiā nullam dicere uidetur, qui dicit appello, num.24 96
Sententiam nullam an partium conſenſu poſſit ualidare. num.4 89
Sententiā proferens debet ſedere pro tribunali. n.5. 87

A ſententia

A ſententia lata per iudicem incompetentem fruſtra appellatur.nu.5 89
A ſententia arbitri non appellatur.nu.12 94
Cetera uide ſupra in ver.Appellatio.
Seruus in iudicio eſſe non poteſt.nu.5 29
Seruus non poteſt eſſe iudex.nu.4 31
Seruus nec per ſe,nec per alium in iudicio eſſe poteſt. num.14. 41
Signum tabellionis an ſit de ſubſtantia inſtrumenti. num.6 81
Socer an pro nuru uel genero ad teſtimonium admittatur.num.9 69
Socius teſtis eſſe non poteſt. nu.5 69
Subornatus a teſtimonio repellitur.nu.24 71
Surdus ad teſtimonium non admittitur.nu.20 70
Suſpenſi non poſſunt eſſe teſtes.nu.17 70

T

TABELLIO in contractibus obtinet uices teſtis. nume. 8 81
Tempus non currit ei,qui agere impeditur.nu.2 54
Tempus exigitur in probatione.nu.11 74
Tempus appellationis quando incipit currere.nu.19 91
Tempus triplex eſt exercendæ appellationis.nu.14 94
Tenuta.vide ſupra in ver.Reus.
Termino elapſo nemo auditur.nu.9 79
Teſtamentum non ualet ſine aditione.nu.5 84
Reliqua vide ſupra in ver.Differentia.
Teſtimonium proxenetæ non ualet.nu.28 71
Teſtimonium depoſitum extra articulos non ualet. num.3 74
Teſtimonium de credulitate,& auditu alieno, non ualet.nu.19.fol.74,& nu.12 71
Teſtis de capitulo, uel collegio, uel uniuerſitate, non admittitur in teſtam.nu.12 69

Teſtis

Teſtis redemptus,uel coniunctus,inſtructus,uel ſubornatus,a teſtimonio repellitur.nu.24 71

Teſtis in re & cauſa propria quis legitimus eſſe non poteſt.nu.33 71

Teſtis eſſe non poteſt,qui eſt in uinculis, & cuſtodia publica detinetur,& qui ſe expoſuit,ut cum beſtiis pugnaret.Item qui palam quæſtum fecit, uel facit. & qui nunc producitur,ante meam cauſam fuit productus.nu.34.35.& 36. 71

Teſtis interrogatus,ſi nullam cauſam ſui dicti reddidit,non admittitur.nu.1 73

Teſtis qui aliquid ſuo dicto addit, per quod dictum ſuum totum decolorat reprobatur.nu.5 74

Teſtis ſingularis in ſuo dicto repellitur.nu.6 74

Teſtis debet teſtificari ueritatem de eo quod uidit, uel audiuit,non de eo quod ſibi uidetur.nu.7 74

Teſtis diſcordans de loco & tempore repellitur. nume.9 74

Teſtis examinatio in die feriata ualet,ſi tempore iuridico iurauit.nu.5 65

Teſtes debent examinari ſecundum puncta interrogatorii.nu.7 65

Teſtes examinandi ſunt per iudicem tantum,& alii receptio eorum poſſit committi.nu.8.& 9 65

Teſtes examinati ſuper articulis, ſi eorum atteſtationes ſint publicatæ,& ſuper omnibus articulis & interrogatoriis ſi non fuiſſent examinati,nihilominus poſſunt etiam poſt publicationem examinari. nume.10 66

Teſtes impuberes,mutus,ſurdus,uel furioſus, & cui bonis eſt interdictum, a teſtimonio repelluntur. nume.20 70

Teſtes ad æternam rei memoriam quando examinentur.nu.38 71

Teſtes unum & eundem ſermonem dicentes uidentur ſubornari.nu.13 75

Teſtes

Teſtes palam, & non ſecretè examinati non probant. nu.14 75
Teſtes recepti in quarta dilatione,uel productione nõ probant.num.17. 75
Teſtes non ſunt recipiendi quando eſt renuntiatum & concluſum in cauſa.nu.18. 75
Teſtes probantes de uulnere,unus cum ſanguine alter ſine ſanguine,uel unus de uno uulnere,alter de plu ribus ſunt deiiciendi.nu.22 76
Teſtes publicantur et copia traditur partibus;in probatione ad æternam rei memoriam.nu.10 79
Teſtibus quod in dictis eorũ fuerunt uacillantes,& titubando teſtificati fuerunt fides adhibetur.numero.21. 76
Traditio poſſeſſionis an poſſit probari ꝑ inſtrumentum.12. 79
Tutela.Vbi in teſtamento hæreditas non adita tutela et omnia quæ in eo in ſunt,ſunt inutilia & inualida.nu.1 45
Tutela quę defertur matri uel auiæ an ſit legitima uel datiua,& quę ſit eius forma.nu.1 47
Tutela qualiter finiatur.nu.1. 48
Tutor & curator procuratorem conſtituunt addi negocia omni tempore.nu.20. 42
Tutor debet expreſsè promittere pupillum defendere. num.2 46
Tutor uel curator eam defenſionem ſuſcipit, quam ſuſciperent minores ſi eſſent maiores.nu.3 46
Tutor ad hoc ut poſſit adminiſtrare,debet quatuor uel quinque facere.num. 4 46
Tutor an teneatur pupillum in bona & mala cauſa defendere.nu.5 46
Tutor legitimus an pręferatur datiuo.nu.3 47
Tutores legitimos nemo dat niſi lex 12.tabularum num.2 47

VASALLVS

V

VASALLVS pro domino teſtificari non poteſt.numero.11 6
Venditor in cauſa emptionis rei quam uendidit, non eſt legitimus teſtis.nu.6 69
Verbum,conteſtatio, quid denotet.nu.3. 60
Victricus poteſt eſſe tutor ſui priuigni.nu.2. 47
Vir & uxor inuicem à teſtimonio repelluntur,& quid de ſocero,an pronuru uel genero admittatur.n.9 69
Viſus appellatione omnes ſenſus continentur.n.8 74
Voluntas ultima in quibus conſiſtat.nu.1 84
Vſurarius manifeſtus an poſſit teſtari.nu.2.& 3. 84
Vtile per inutile non uitiatur.nu.28. 97
Vxori & marito non licet edere inter eos famoſas actiones.nu.1. 49
Cetera uide ſupra in uer.Vir & uxor.

FINIS

PRAXIS OTHONIS.

De ordine Iudiciario. Cap. I.

OLIM ædebatur actio & per ſcripturam, & ſine ſcriptura: Sine ſcriptura uariis modis. Hodie uero non alias fit actionis æditio, quam per oblationem libelli conuentionalis, cũ coram iudice ordinario litigãdum eſt: Coram delegato ita demũ æditur actio, ſi reſcriptum principis ad alicuius preces impetratum iudici inſinuatum fuerit, & per eum reo deſtinatum, ut in authentica de litigioſis. §. omnem. Libellum autem conuentionalem quicunque credens alium ſibi obligatum uel obnoxiũ experiri uoluerit. ita cõponat, ut in eo quod ſibi deberi putat, edoceat, & ſpeciem actionis ædat. Hunc uero libellũ nõ aliter actor dirigat, niſi prius in ipsũ, quẽ ſibi dicit obnoxiũ, & in negotii executorẽ, aut alterum eorum exponat cautionem: Se uel inter duos menſes litem conteſtaturum, uel omne damnũ ei contingens qui conuenitur, reſtituturũ in duplum cautione non tranſcendente xxxvi. aureos, C. de litiſcon. authen. libellum. Et hanc quidẽ pœnã ſuſtinebit actor qui intra duos menſes litem nõ fuerit cõteſtatus. Verũ nec idem libellus reo porri-

gedus eſt,niſi idē dato fideiuſſore caueat:aut preſti
to ſacramento declaret ſe per ſe, uel procuratorem
litem uſque ad finem perductuрū, & decimam partem quantitatis in libello comprehenſæ, ſi iniuſte
litem mouiſſe arguatur, nomine expenſarum reſti
tuturum. Et hoc generaliter niſi ex conſenſu com
muni coram arbitris litigetur. ut Codice de epiſco
pis & clericis. autentica Generaliter. Hanc au
tem pœnam præſtabit actor, ſi poſt litem conte-
ſtatam iniuſte mouiſſe deprehendatur, ſiue reus
nihil, ſiue minus expenderit. Si uero plus ex-
penderit, reo uictori actor uictus in expēſis eſt con
demnandus: ſicut & alias generaliter reus uictus
actori uictori in expenſis condemnatur. Sicque
reus, ſi nihil aut minus illa decima parte expende
rit, actor ui uictus durius quam alias reus uictus
punietur. Quidam tamen auctorem ſic durius
in hoc caſu puniendum eſſe intelligunt, cum ip-
ſius calumnia fuerit comprobata. Hanc etiam
quantitatem certam, qui alium occaſione reſcri-
pti ad extraordinarium iudicem uocat, promitte-
re debet indiſtincte, ſiue cauſam non exequatur,
ſiue exequens non uincat. Si ergo poſt tem-
pus a ſe ſtatutum intra x. dies reo preſente non oc
curreri, dimittitur reus exacto eo, quod promiſ-
ſum eſt, etiamſi quid plus circa litem impendiſſe
eum taxatione iudicis iurauerit, recipiat, ut C.
de dila. authen. Quod fieri. Poſt hæc ergo offe-
ratur ei libellus, qui ad iudicium uocatur, & ex-
inde præbitis ſportulis data fideiuſſione, ſi ea ſit
negotii natura ut fideiubere debeat, xx. dierum
gaudeat iudiciis in quibus deliberet, cedat an con
tendat, atque alium iudicem petat ſociari, uel
illum recuſet: niſi ſit ille quem iam alio recuſato
petiit. Denique præſens interrogabitur, an hoc
tempus tranſierit quod non modo ex ipſius reſpon
ſione ſed etiam libelli ſubſcriptione, quam in iu-
dicio

dicio facere debet, manifeſtatur. Litis ergo conteſtatio contra hoc tempus indultum habita, pro nullo eſt, ut C. de litiſcon. authen. offeratur. Et quidem pro nihilo eſt, ut nec ex ea ſecundum quoſdam perpetuetur actio, uel ne per eum res in iudicium deducta intelligatur. Vel forſan quod melius pro nihilo quantum ad hoc, ut per litiſcon. non impediatur, iudicem refutare, quod antiquitus permiſſum non eſt, quod manifeſte indicat eadem conteſtatio de exhibendis & introducendis reis. in authen. illud quoque antiquitas. Si enim poſtulatio ſimplex coram iudice facta per executorem conuentione, ſufficit ad interruptionem præſcriptionis: multo magis talis litiſcon. licet contra id indultum fuerit. Ex pręmiſsis itaque apparet, quemlibet in uocatum gaudere debere illo ſpatio xx. dierum a lege ſibi indulto, ſiue coram iudice ordinario, ſiue delegato litigaturus ſit. Hoc enim innuunt uerba ipſius authen. quia nec alium recuſare licet, niſi delegatum, niſi forte aliud dicamus in eo, qui occaſione reſcripti ad extraordinarium iudicem & maxime extra prouinciam ſuam trahitur, cui prædictum ſpatium forte non indulgetur. Sed citatur literis iudicis delegati continentis formam reſcripti iudicis delegati, citatione ipſa alias comprehendente continente tempus ab actore conſtitutum, id eſt, ſtatui impetratum, ut in ſuperiori authen. quod fieri. Premiſſa authen. illud locum habente in eo delegato, cui uocis mandato non reſcripto, alicuius cauſæ cognitio mandatur. Hic tamen ſubſiſto & dubito, an hic ita dicendum ſit, ut intelligendum illud: tempus ſtatutum duorum menſium ad litem conteſtandam, intra quod actor cauit litem conteſtabitur, alioqui pœnam ſtatutam ſubibit.

De in ius uocando. Cap. 2.

CVm ergo tam ex præmiſſis, quam quotidiano huius rei éxperimento palam ſit, non alias fieri actionis æditionem, quam ſi libellus conuentionalis, uel principis reſcriptum ab auctore iudici porrigatur, idemque iudicis præcepto per officialem aduerſario deſtinetur, ut elapſo dierum xx. ſpacio ad iudicium inſtructus ueniat, liquido conſtat tunc temporis quenque ad iudicium uocari, cum a iudice præfato modo libellus ille officiali, ad hoc deſtinatum ad reũ tranſmittitur. Eſt enim in ius uocare, ad eum, qui dicit ius, uocare: etiamſi uocati iudex non ſit, uenire tamen debet, ut ſcilicet hoc ipſum ſciatur, an ipſius iuriſdictioni ſit ſubiectus, ut C. ſi in ius uocatus. l. ex quacunque, & C. de iudiciis. l. ſiquis ex aliena. Vocat autem in ius actor, non reus: licet reus ſæpius iudicem interpellet, ut a iudicio ſuo dimittatur, uel abſoluatur. Vocandus autem eſt non uerbo tantum, ſed etiam ui, ſi opus eſt. Attamen qui parentem in ius uocauerit, patronum, uel cæteras perſonas, quibus horum occaſione reuerentia debetur, niſi impetrata uenia, ita demum pœna qñinquaginta aureorũ mulctabitur, uel inofficioſus caſtigabitur, ſi inopia laborare dinoſcitur, cum prædictas perſonas inuitas in iudicium uenire coegerit, ut ff. eod. l. quamuis. Quæ actio neque hæredi, neque in hæreditate, nec ultra annum datur. Ex uariis nanque cauſis quædam perſonæ, in ius uocari prohibentur. Aut enim prohibentur per reuerentiam perſonarum, quod ſit ex cauſa diuini iuris ut in pontificibus, dum ſacra faciunt: uel cauſa humani & publici iuris, ut in magiſtratibus habentibus imperium, dum in magiſtratu ſunt mi-

noribus

ſoribus, ſcilicet, pedaneis dum cognoſcunt, ſiue priuatis, ut in parentibus, patronis & uxoribus eorum, filiis etiam & hæredibus etiam extraneis patronorum & patronarum, ut ff. eod. l. Quicunque. At prohibentur gratia negotiorum, ſiue communis cauſa neceſſitatis; ut belli, & feriarum ſolennium, uel repentinarum, ut ff. de feriis. l. ſi feriatis. Siue priuatæ neceſſitatis cauſa, ut nuptiarum, funeris: uel quia ad aliud iudicium uocatus eſt, ff. eod. l. in ius uocare non oportet. Siquis ius uocatus non uenerit ex cauſa, id eſt, ſi iuſta cauſa non fuerit, quare ei parcatur competenti iudici multa pro iuriſdictione iudicis condẽnabitur. Ruſticitati enim hominis parcendum eſt. Item ſi nihil interſit auctoris eo tempore in ius aduerſarium non ueniſſe, remittat pœnam prætor, puta quia feriatus dies fuit, ff. ſiquis in ius. l. ii. §. ſiquis. Cum quis in iudicio ſiſti promiſerit, neque adiecerit pœnam ſi ſtatus non eſſet, incerti cum eo agendum eſſe in id quod intereſt, certiſſimum eſt, ff. ſiquis in ius l. finali.

De ſatiſdationibus eorum qui ſuo nomine litigaturi ſunt. Cap. 3.

IN ius autem uocatus ſuo nomine litigaturus, non aliam legitur hodie præſtare cautionem debere, niſi iudicio ſiſti. Sed hanc quidem præſtant differenter & uarie, pro perſonarum qualitate. Clerici enim mutuis fideiusſionibus, uel ſi hoc non poteſt fieri, nudæ ſuæ promisſioni, uel rerum ſuarum obligationi contradantur. C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. in hac. Alii autem poſſeſſores rerum mobilium ſatiſdant id eſt, dato fideiuſſore cauent. Alij uero immobilium rerum poſſeſſores nudam emittunt cautionem, ſecundum plurimorum opinionem, ut C. qui ſatiſda.

cog. l. ſciendum. Sed uerius eſt, ut iuratoriam cautionem præſtare compellantur. ut Codice xii. de princip. agen. l. xii. §. multis. Et quidem ſi neceſſariæ perſonæ cõueniãtur iudicio ſiſtendi cauſa, qualiſcunque fideiuſſor, etiam non locuples datus, ſufficit: utpote, ſi conueniantur parentes, patroni, uel liberi, uel uxores, uel nurus. In eum uero, qui ſciens neceſſitudinem huiuſmodi fideiuſſorem a talibus perſonis non acceperit. l. aureorum, iudicium competit, ff. in ius uocati ut eant. l. edicto. & l. ii. Si uero aliæ perſonæ conueniuntur, edicto cauetur, ut locuples detur: nec tantum ex facultatibus, ſed etiam conueniendi facilitate, ut ff. qui ſatiſdare cog. l. fideiuſſor. Locuples autem eſt, qui ſatis idoneè habet, pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam petit, ut ff. de uerb. ſignif. l. quem nos. §. locuples. De die autem in hac ſtipulatione ſcilicet iudicio ſiſti ponenda inter litigatores conuenire ſolet, & ſi non conueniunt, in poteſtate eſt ſtipulatoris, id eſt, actoris: cum arbitrio tamen iudicis, moderantis pro perſonarum qualitate, & cauſæ diem ſtatuere, ut ff. qui ſatiſda. cog. l. de die ponenda. An ne hoc correctionem recipit ab authentica, qua indiſtincte xx. dierum dantur induciæ? Hæc autem tã uaria cautionis præſtandæ expoſitio eſt, etiamſi coram iudice delegato litigandum ſit: quia in eadem authentica iudicis, qui recuſari poteſt mentio habetur, ſoluſque delegatus recuſari poteſt. Quidam tamen eius occaſione, quod legitur, in eadem authen. de fideiusſione pręſtanda, dicunt uniformem cautionem, ſcilicet, fideiuſſoriam, ab omni conuento exponendam, quod uerum eſſe non credimus. Ideoque, ut diximus, id exponatur. In fideiuſſorem autem, qui aliquẽ iudicio ſiſti promittit, nec id efficit, actio a prætore decernitur, qua condemnatur in ueram quantitatem petitam, niſi

in

in certam fideiuſſerit,ut ff.qui ſatiſda.cog.l.ij.§. in fideiuſſorem. Qui uero iuramento promiſerit iudicio ſiſti, non uidetur peieraſſe, ſi ex cauſa legibus conceſſa hoc deſeruerit, ut ff.qui ſatiſd. cog. l. qui iuramento. Et hæc quidem locum habent, ubi ſuo nomine litigaturus in iudicium deuocatur.

De procuratoribus, & eorum ſatiſdatione. Cap. 4.

Cæterum ad ſui defenſionem, procuratorem conſtituere, nemo ex ordine prohibetur. Et quidem nemo inuitus defenſionem ſuſcipere cogitur, ut ff. de regu.iur. l. inuitus. Cum autem uolens defenſionem ſuſcipit, nullo mandati habito delectu, iudicatum ſolui, ſatiſdationem præſtare compellitur, ſine qua re nemo rei alienæ idoneus defenſor intelligitur. Inſtitut.de ſatiſdat. §. finali. Niſi dominus præſens procuratoris ſui perſonam confirmans uel in iudicio uel extra cum hypotheca rerum ſuarum pro eo fideiuſſor extiterit. Inſtit.ut ſupra. §. Sin autem. Vbi ergo dominus pro eo conſentiente cauit, omnino iudicium ſuſcipere cogetur, niſi iuſtiſſima cauſa iudicii non ſuſcipiendi interuenerit: ut ſi ſunt capitales inimicitiæ inter ipſum,& dominum,uel mala ualetudo, uel neceſſaria peregrinatio, uel conſimilis cauſa. Tunc enim non compellitur iudicium ſuſcipere,niſi tractu temporis res actori ſit peritura,domino ſcilicet abſente. Tunc enim ad litis cont.faciendam cogetur, ut ff. de procur. l. ſed etiam. Alias iuſta cauſa interueniente iudicium ſubire non compellitur,nec ſtipulatio ob rem non defenſam committitur,ut ff. eod. l. Si poſt datum. Si uero dominus eo inſcio & inuito cauit, iudicium ſuſcipere non compellitur, ſed ſtipulatio a domino ob rem non defenſam com

mittitur, ut ff. eod. l.ſi defunctus. Sin autem procurator domino abſente & neſciente cauit, defendere non compellitur: ſed ex ſtipulatu contra eum agetur. Quinimò ſi iuſta cauſa, quare non defendat, interuenerit, nec ſtipulatio committitur, nec defendere cogetur: niſi res tractu temporis petitori ſit peritura. Quo caſu (ut quibuſdam placet) defendere cogitur, uſque ad litis conteſtationem nec ſufficit, ut ſtipulatio committatur, ut ff. eod. l. Mutus. §. qui non cogitur. Aliis autem uidetur, nullas eſſe hoc caſu prætoris parteis ad cogendum. Sicut autem ad defendendum, ſic etiam ad agendum conſtituitur procurator.

Cum ad agendum conſtituitur, ſi conſtat de mandato, admittitur ſine cautione de rato, niſi cum per procuratorem ſit noui operis nunciatio, ut ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo. §. qui procuratorio. Conſtat autem de mandato, cum literæ actoris mandatum continentes ad aduerſarium diriguntur, continentes etiam quem, & in qua cauſa fecerit aduerſus eum procuratorem, ratumque ſe habiturum, quod cum eo actum ſit. Hoc enim caſu literis eius approbatis uelut præſentis procuratorem interuenire intelligendum eſt. Itaque & ſi poſtea mutata uoluntate procuratorem eſſe noluerit, tamen iudicium, quo quaſi procuratorem expertus eſt, ratum eſſe debet. Conſtat item de mandato, ſi de iniuncta procuratione literæ principi, uel cuilibet iudici in iudicio dirigantur, ut ff. rem ratam haberi. l. ne ſatiſdatio. Sicut & ubi conſtaret, ſi apud acta præſens dominus ipſum procuratorem conſtituiſſet, ut C. de ſatiſdando l. unica. Non eſt iuris incerti.

Cum autem conſtat ceſſare mandatum, repellitur etiam ſi uelit cauere de rato: niſi ſit ea perſona, quæ admittitur ad agendum ſine mandato, cum tamen caueat de rato & defenſione facien-

da

da arbitrio boni uiri. Vtpote filiusfa. pater,& aſſinis & libertus, ut ff. de procura. l. Sed & hæ perſonæ. Maritus tamen ſine ſatisdatione admittitur ad agendum pro cautionibus fœnoraticiis datis ſibi ab uxore loco paraphernalium quæ iuxta dotem dantur, nulla ab eo tali cautione exponenda, ut C. de pactis conuentis tam ſuper dote. l.Similiter. §. Si mulier. Hæ autem perſonæ admittuntur ut diximus: dum tamen conſtet eas non experiri contra domini uoluntatem, ut ff. eo.l.Pompo. §.in his autem. Sed & talium nullus ad agendum admiſſus, procurator uere eſt dicendus, ut ff. iudicatum ſolui.l.iii.§.ſtipulatione. Ergo ſicut diximus,ubi conſtat ceſſare mandatum, procurator repellitur, niſi de momentanea poſſeſſione abſentis turbata experiatur, C. ſi per uim abſentis poſſ. l. Iudices abſentium. Cum uero dubitetur de mandato, ſufficit, ſi caueat de rato. Aut enim cauebit, aut mandatum probare compellitur. Si autem negatur mandatum, præciſe probare compellitur. Alii uero indiſtincte dicunt; ſiue negetur mandatum, ſiue dubitetur, probandum eſſe mandatum,ut C.l.exigẽdi.Sicq; in rei eo.eſſe arbitrio, uel ut cautionem admittat, uel ad probationem mandati compellat. Hæc autem exceptio procuratoria ab initio eſt opponenda, quantum ad hoc ut probet,uel caueat. Cæterum poſtea forte & ſi poſt ſententiam ad arguendum falſum, quaſi non habentem mandatum,etiam ſi de rato cauerit, reus admittitur,ut C.eod.l.licet in principio. Quo caſu nullum iudicium, controuerſiæ nullæ haberentur: niſi dominus hoc cognito ratum habuerit, ut ff. de iudiciis. l. licet uerum. Procurator itaque ad agendum conſtitutus præmiſſam (ut diximus) exponat cautionem. Nihilominus tamen & eam, quæ eſt de defenſione arbitrio boni uiri facienda. Ergo qui procurationem ſuſcipit, ſi de defen-

dendo

dendo non cauti,de defenſione cauere non cogitur, licet a procuratione repellatur. Pœna enim procuratoris non defendentis eſt, ut a procuratione repellatur, ut C.eod.l. actionem. ff. eo.l.inuitus. Si uero cauit, defendere cogitur:nec ſufficit ſtipulationem committi,niſi iuſta cauſa remotus ſit,uel ex iuxta cauſa recuſauerit agere,ut ff.ad eo.l.ſed & hę.§.pręter.Quo ultimo caſu forte uſque ad litiſcō.defendere cogitur,ut ff.eo.l. mutus. §.qui non cogitur.Neitaque a procuratione repellatur,defendere cogitur: & hoc, ſiue ſit procurator ſimplex in re aliena, ſiue ſit procurator in rem ſuam, ex cauſa lucratiua, ut ff. eodem l.pater. ſiue ſit procurator in rem ſuam ex neceſſitate, non ex cauſa lucratiua, ſed in fraudem creditorum, ut in emptore hęreditatis contingit, ut ff.eo.l. ſi quis in rem. Si enim factus eſt procurator in rem ſuam, non eſt cauſa lucratiua, nec geſto negotio fraudem creditorum, licet agat diſtincte,defendere non cogetur. Rogerus tamen dicere uidetur, in utroque caſu indiſtincte defendere cogendum,niſi a procuratione,uelit repelli. Si tamen actio deſiderantium defenſionem ex ea cauſa pendeat,ex qua & intentio procuratoris. Huiuſmodi autem rei occaſione non immerito dubitandum uidetur, an in ſolo pręcedenti caſu poſtulari debeat defenſio, an in cęteris negotiis non ex eadem cauſa iam pendentibus, ex qua & ipſius procuratoris dependet intentio, ut ff.eo.l. Sed & hec §.defendere. Et ſi defendere eſt id, quod dominus eſſet in lite facturus, iure uidetur obtentum,ut etiam in aliis cauſis defenſio requiratur: unde nec ipſe,ſicut nec dominus audietur, niſi & reus in alia lite,ſi quam forte habet, dominum conuenire uolenti,reſpondeat incontinenti, ut C.de ſenten. & interlo.authen.& conſequenter.Procuratore autem cōſtituto,liberū eſt domino ante litiſcō.uel in

alium

alium procuratorem,uel in ſe iudicium transferre. Poſt uero litem conteſta: non licet,niſi cum cauſę cognitione.Ex quibus enim cauſis procurator excuſatur,ne mandatum conſequatur, ex eiſdem & inuitus remouetur. Vt ex cauſa inimicitiarum domini & procuratoris uel affinitatis procuratoris & aduerſarii. Vel quod procurator maiore re ſua diſtringatur, uel conſimilibus,ut ff.eo.l.ante litem, & ſequeñ.& ibi. l. in cauſæ cognitione,non ſolum. Ergo niſi aliqua ex his cauſis adfuerit, non remouebitur: ſi tamen procurator contra dominum obiectam cauſam non adeſſe contendat,ita audiendus eſt, ſi magis infamiam facti quam ex remotione conſequeretur, purgare uoluerit,quam ſibi procurationem aſſerere. Nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, qui operas ſuas ingerit, ut ff. eod. l. quæ omnia. Itaque ut diximus, remouebitur, niſi in rem ſuam procurator ſit factus, uel niſi aliqua retentione forte nomine expenſarum uti uelit: quo caſu non remouebitur niſi dominus ei ſoluere paratus ſit, ut in l. ſupradicta. Ita uero demum fit a procuratore translatio, ſi omnia iudicia transferantur: alias enim hanc inconſtantiam recuſabit. A procuratore uero, qui ex mandato agit (ut diximus) fieri poteſt translatio. Ab eo autem, qui mandatum non habet, cum nec ratihabitio ſecuta ſit, cæterorum translatio non eſt neceſſaria. Cum nec occaſione priorum, de quibus egit, maneat in cæteris procurator: ſed cum nec ex prioribus quicquam in iudicium deductum ſit, niſi dominus ratum habeat, nec per ea, quæ domino inuito ſunt facta, præiudicium factum ſit, & magis neceſſaria ſit reuocatio, ut ff. eod. l. in cauſæ cognitione. Finitur quoque procuratio mandato contrario & morte mandantis re integra,ut C.eo.l.nulla.Si tamen per ignorantiam cõpletum ſit mandatum nihilominus actio contraria

competit,

competit, ut ff. mandati l. inter cauſas. Finitur quoque morte procuratoris, eiuſque renuntiatio ne tempeſtiua Inſtit. de mand. §. recte, & ff. mandati. l. ſi mandauero. §. ſicut liberum. Poſt litem conteſtat. procurator, utpote dominus litis effectus, procuratorem conſtituere poteſt, antè uero non poterat. A procuratore uero conſtitutus procurator, non conſtituit procuratorem, ut C. eod. l. nulla. Procurator autem, niſi ſpeciale mandatum habeat, uel in rem ſuam procurator factus ſit, uel liberalem, uel liberam adminiſtrationem habuerit, tranſigere non poteſt, ut ff. eod. l. nam & ſtatere. Generalem uero habens adminiſtrationem, quo caſu ſimplex procurator dicitur, tranſigere non poteſt, ut ff. eod. l. mandato. Vt itaque ex præmiſſis apparet, a procuratoribus tres cautiones exponantur. Prima de rato, quę propria procuratoris actoris eſt: ſecunda iudicatum ſolui, quam exponit procurator rei: tertia defenſione facienda arbitrio boni uiri, quę communis eſt procuratoris, tam actoris quam rei. Sed in procuratorem rei ſufficere uidetur, quod hanc implicite exponit. Cum enim illam præſtat, ſcilicet iudicatum ſolui, conſequitur & hanc tanquam ea contentam eſſe. Iudicatum nanque ſolui tres clauſulas continet: ſcilicet de re defendenda arbitrio boni uiri, & de dolo malo, & de re iudicata. Et hæc quidem uera ſunt, niſi dicamus & hanc licet defenſionem in illa contentam, unam tamen cum illa eſſe exponendam ea forte ratione reddita, quia plus ſolet timeri, ut C. V. in decretis. Diſt. xxiii. Licet enim (ut prædiximus) cautio illa de rato propria ſit procuratoris actoris, in caſibus tñ certis eãdẽ exponere rei procurator compelletur: utpote cum in actione reali procurator alterius defenſionem ſuſcipit. Periculum enim eſt, ne ſi iudicatum fuerit rem petitoris eſſe, iterum dominus de eadem re

experiri

experiri uelit. Quo caſu ſi uerus eſſet procurator uel dominus ipſe egiſſet,uel ratum habuiſſet,exceptione repelleretur,ut ff.eo.l.Pōpo.§.ſed & his.Itē cum ſeruus proclamat in libertatem contra dominum dominusque per procuratorem defenditur: quia hoc caſu quaſi actor habetur. Item cum minor contra uenditionem fundi quam fecerat,reſtituitur,emptorq; per procuratorem defenditur. Hic enim de rato cauere compellitur,ne dominus iterū petat.Item ſi tutor ſuſpectus poſtulatus per procuratorem defenditur,preterea in iudicio cōmuni diuidundo,familiæ herciſcundę, finium regundorum, uti poſſidetis, utrobique, uice tam actoris, quam rei fungitur,utraque, cautio preſtatur de rato, & iudicatum ſolui,ut ff.eo.l.non ſolum.§.ſi ſtatus,& §.eſt & caſus &c.C.rem ratam habere,de ſatiſdat. & C. eodem.l.Si defunctus.§.qui ad.

De effectu procuratoris.

EST autem effectus procurationis, quod ſi ex mandato domini in iudiciis procurator ſtipulatus,uel aliàs contrahit,talis directe preiudicatura domino comparatur, ut C.de procuratione.l.ſi ex parte. Idem Ganerius ſpecialiter intelligit in his ſtipulationibus quę a procuratoribus interponuntur, ut iudicium ratum habeatur: & hoc propter ſpecialem iudicii autoritatem. Itaque ſi in cauſa procurator domini mandato conſtitutus obtineat, procurator cum directa iudicati competit actio exceptione repellitur. Dominus enim utiliter agit & excipit ſicut etiam cum procurator condemnatur,nec pro curator directo ſed dominus utiliter conuenitur.Hęc autem ita intelligantur, niſi in rem ſuam factus ſit procurator, aut ſe liti obtulerit, cum a domino cautum non eſſe cognouit, ut C.de procuratoribus. l. ſi procurator. per cou-

contrarium autem, ſi procurator iudicatum ſolui ſatiſdederit, in me ex ſtipulatu actio non datur, quia nec iudicati mecum agi poteſt. Ex his ergo patet quod dominus per procuratorem litigans nõ eſt condemnandus, ſed procurator niſi in cauſa iniuriarum criminaliter ab his quibus ſpecialiter permittitur, ut per procuratorem litigetur, ut eodem de ſenten. & interlocut.l. non uidetur, & conſtitutione de iniuriis l.ſi quando. Sicq́ue procurator in famoſa actione ſuccumbens non infamatur, quia non ſuo nomine condemnatur. Sed nec dominus, utpote nullo modo condemnatus, ut ff. de his qui notantur infamia l. furti ſi quis.

De officio Iudicis ante litis conteſtationem. Cap. 5.

NE autem cauſa ſuo tempore ſumat exordium, nunc actoris nunc rei contingit iudicio. Et quidem ſi actor abfuerit lite non conteſtata, inuitus agere compelli non poteſt: pœnis tamen conſtitutis, quas ſupra de edendo expoſuimus, ſubiacebit. Si uero ante litiſconteſtationem reus actione in rem de re mobili,uel immobili,quam ſuo nomine tenet, conuenitur:ſi legitime uocatus ad iudicium non uenerit,mittitur actor in poſſeſſionem,non ut poſſeſſor,ſed cauſa rei ſeruandę,ut reus tedio affectus intra annum ueniat, & cautionem litis ſuſcipiendę prębeat, & rem ſuſcipiat, & cognitionalia certamina ſubeat. Anno uero elapſo quaſi ex ſecundo decreto ſit poſſeſſor. Alii tamen debent omnem eum habere poſſeſſionem, quem minime obtinere credimus. Hęc namque miſſio eodem modo fit,quo et illa, qua legatarius uel fideicommiſſarius in bonorum poſſeſſionẽ mittitur,cum ei idoneè nõ caueatur de legatis,uel fidei

commiſſis

commiſſis in diem,uel ſub conditione relictis ſuo tempore preſtandis, ut C.de preſcri.xxx.annorum. l.ſi quis. Ex præmiſsis ergo patet,quod anno elapſo de poſſeſſione non auditur dominus,ſed de ſola proprietate. Sed hoc intelligamus,niſi per iudicem ſteterit, quo minus cautionem intra annum dominus reciperet:quo caſu etiā poſt annum cautio erit recipienda,& res reſtituenda domino,ſic ut nec parti ſit præiudicium, ſi iudex intra preſinitum tempus ad appellationem proſequendā iudiciū appellationis differat examinare,ut authē. ſpōſalitia largitas.§.hoc ſancimus.Cum itaq; hęc miſſio ad ſimilitudinem miſſionis legatariorum fit, patere uidetur,quod miſſus dominum non expellet, ſed una cū eo poſſidere iubetur,ut ff.ubi in poſſeſſio.l.his cum.Eadem quoq; ratione cuſtodiā habet rerum & fructuum ne domino depereant, deterioresve fiant,fructus etiam rediget & colliget, ſi dominus hęc agere negligat. Sed etiam de legatario miſſo in bonorum poſſeſſionem legitur quod ueſcēdi cauſa diminuet ſi filia,neptis,proneptis, uxorve eſſet,nec nupta ſit, ut ff. uti poſſ.l.his cum. Sed an in premiſſa miſſione his tantum caſibus diminutio ueſcendi cauſa facta ſit ad dimittenda, merito in queſtione relinquo. Conuentus uero de re immobili quam alieno nomine tenet, ſi ius in re non habet,dominum in iudicio nominare debet, ut litem ſuſcipiat: ſi autem ius re habet, ad id forte dominum nominabit,ut præſens adſit, ne quid forte in ipſius præiudicium fiat. Domino itaque in iudicio nominato, ut litem ſuſcipiat,certum tempus a iudice diffiniendum eſt, intra quod domino denuntiet, ut in locis,in quibus res ſita eſt,perueniens,uel procuratorem mittens, actoris intentionem ſuſcipiat. Quod ſi dominus facere neglexerit, tanquam lite conteſtata ex eo die, quo ad iudicium uocatus eſt

is qui nomine eius tenet rem, interumpitur prę-ſcriptio:& negotium ſummatim examinato, ſi legitime uocatus uenire diſtulerit, poſſeſſione priuatur, omni allegatione de proprietate ſeruata, ut C. ubi in rem actio debeat exerceri. §. ſi quis. Idem dicendum eſſe uidetur, ſi res mobilis ſic detineatur, ut tamen prius res deponatur, uel idonea ſatiſdatio pręſtetur: pręſertim ſi perſona ſuſpecta ſit, quę in iudicio dominum nominat, ut ff. qui ſatiſdatione. l. ſi ſatis. Nec mirum ſi huic certum tempus, ut dominum in iudicio deducat, a iudice indulgetur. Nam etſi aliàs cum pręſens ex domo abſentis quid patiatur iniquum, ut pote damnum, id eſt, forte ſi rapinam, conuenitur is, qui iniuſtitiam egit, ſiue curator ſiue conductor, ſiue quis alter ſit: & ei tamen deſideranti dantur inducię, intra quas poſſit domino nuntiare, & ipſum uel procuratorem eius primo conueniendum repræſentare, quo neq; ueniente, neque mittente primo conuentus condemnabitur, ſi apparet obnoxius, ut pote ſi mandauerit uel ratum habuerit, ut C. ubi in rem actio. Aut qua in prouincia. Aliis uero uidetur, non eſſe locum huic nominationi cum prædicto modo pro re mobili quis conuenitur, ſed rem ſuam intentionem implenti reſtituendam eo maxime, quod omnis qui continet, & poteſtatem reſtituendi habet, rei uendicatione conuenitur, ut ff. de rei uendicatione l. officium. Cum autem de debito perſonaliter conuenitur is contra quem non eſt facta litiſcont. ſi legitime citatus uenire diſtulerit, poteſt ex parte pręſentis examinato negotio in poſſeſſioné rerum mobilium mitti. Quas ſi non habet, uel non comparet, dehinc in poſſeſſionem rerum immobilium iuxta menſuram declarati debiti pręſens mittetur: ſed nec reus reuerſus res recuperare uolens audietur, niſi omne damnum actori reſarciat, & fideiuſſorem iudicio ſiſti pręſtet. ut C. de his qui ad

eccleſiam conf.l.præſenti.& l.ſi uero. de exhibend. & introd. reis.l. ſi uero. Sic itaque ordine præmiſſo ſeruato res abſentis pro modo debiti actoris perficiant, uel per miſsionem in poſſeſsionem, uel per uenditionem earum, a iudice ſtatuendo faciẽdam, uel intra annum (ut pleriſque placet) ad ſimilitudinem eius, quod de actore abſente legitur in authen. de litigioſis.§.omnem. An autem hæc poteſtas, res ſcilicet recuperandi, reo reuerſo perpetuo detur re integra, rebus ſcilicet non diſtractis, an tantum intra annum, in queſtione relinquo. Quidam circa hunc articulum diſtinguunt, dicentes, ſi debitum liquidum ſit ex una parte uentilato negotio diffinitam ſententiam contra eum, qui nunquam litem conteſtatus eſt, ferendam, eamque tempore a iudice, uel a lege ſtatuto executioni mãdandam, ut ff. de re iudi. l. a diuo Pio, & C. de bo. au. iu. poſſ. l. cum proponas. Si uero liquidum non ſit debitum, ei per miſsionem in poſſeſsionem bonorum eſt conſulendum.

De litis conteſtatione. Cap. 6.

SIc ergo cum nec actori, nec reo libera pateat ſubterfugiendi facultas, tandem ad iudicium ueniunt, fitque litiſconteſtatio, id eſt, negotii hincinde apud iudicem narratio. Quippe litiſconteſtatio non fit, niſi aduerſario præſente & reſpondente quidem competenter, id eſt, negante uel excipiente, id eſt, iudicium ſubeundo, non declinando examen. Declinatur autem lis propter locum, propter tempus, propter perſonam iudicis, & litigatoris, propter cauſam, & hoc, ut ſi legatus conueniatur. Effectus litiſconteſtationis hic eſt, quia per eã omnis actio perpetuatur, excepta actione de dolo, quæ ſit trãſitoria & uſuraria, ſi prius nõ erat, ut ead.l.Res in iudiciũ, & l.pœnales.

De iuramento calumniæ. Cap. 7.

POſt litiſconteſtationem, eo qui uim intulit, uel aliquid deliquit defuncto, ſucceſſores eius inſolidum, alioquin in quantum ad eos peruenit, conueniri iuris abſolutiſsimum eſt, ne alieno ſcele re ditentur, ut ff. quod metus cauſa. l. quod dix. §. hæc actio. Lite uero ſimpliciter coram iudice conteſtata, non aliter actori uel reo ſuis allegationibus uti permittitur, niſi ſacramento propter calumniam dato. Iuratur itaque poſt litem conteſtatam, qui arguit turpiter mouiſſe litem. Primum iurabit actor animo calumniandi ſe litem non mouiſſe. Iurabit reus, quod putans bona ſe uti inſtantia ad reluctandum uenerit. Vtriuſque uero adiicitur ſacramento, quod pro hac cauſa, uel iudici, uel alii nihil dederint, uel daturi ſint, uel promiſerint: exceptis his perſonis quibus a lege dari permittitur, ut aduocatis & executoribus. Adiicitur quoque in tota lite nullam probationem exigi ab aduerſario calumnioſe, ut ff. eod. l. principales. l. nolentes. l. in omnibus. Ex his ergo colligitur quod teſtes producens reſpondere compellatur an de furto ſint damnati, uel alias infames: ne ſi non dicat aduerſarium ad requirendas probationes non neceſſarias compellat, ſicque deieret. Iurant autem principales perſonæ & abſentes litigantes per procuratores. Tutores autem & curatores in cauſis quas agunt nomine minorum, iurabunt, ut C. eodem l. ult. Illud uero generaliter obſeruetur, ut ſi actor iurare noluerit, caſum actionis ſuſtineat, reus uero condemnationem ſuſtineat per iudicis ſententiam, ut C. eod. l. ultra. §. ſi actor

De

De aduocatis. Cap. 8.

PAtroni uero cauſarum non aliter partibus ſuum impertiuntur auxilium, quam ſi ſacramentum præſtiterint, quod omni uirtute ſua omnique ope, quod iuſtum & uerum æſtimauerint clientibus ſuis inferre procuient: eoque cognito quod cauſa improba ſit, uel deſperata, uel mendacibus allegationibus compoſita ipſi non patrocinentur, & ab ea recedant ſi lite procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, ut C. de iudiciis, rem non nouam. §. patroni. De parte litis paciſci non debent aduocati, ſed neq; de ſalario immoderato, id eſt, qđ excedat centũ aureos pro ſingulis cauſis, ut ff. de extraordinariis cog. l. i. de poſtulando. §. ſi cui.

De præuaricatione aduocatorum.

DEtecta autem aduocatorum præuaricatione & ipſi extra ordinem puniuntur, & iterato de cauſa quæretur etiam poſt ſententiam, forte & poſt ſolutionem, ad inſtar corruptorum teſtium & falſorum inſtrumentorum, ut C. de Aduo. l. ſi patronum.

De errore aduocatorum.

POrro quod ab aduocato allegatum dictumve fuerit, præſente eo, cuius cauſa agitur, perinde habebitur, acſi ab ipſo dictum fuiſſet, errorem tamen aduocati infra triduum ſolum, corrigere licet, quamuis proprium uſque ad ſententiam reuocare permittatur, ut Codice de errore aduocatorum. l. 1. & ultima. Repelluntur autem a poſtulando paciſcentes de parte litis, & qui non ſunt catholici, ut C. de poſtulando. l. ſi quis. §. nemo

Item iudices, arbitri, aſſeſſores, ut C. de poſtul.l. quiſquis, C. de aſſeſſoribus. l. nemo. Item ſurdi & minores xvii.annorum. Item cęci, & ex grauioribus criminibus irretiti, niſi pro ſe, & certi tantum. Item mulieres, & ex leuioribus cauſis infames, niſi pro ſe & certis perſonis, ut ff.de poſtul.l.i.

De probationibus. Cap. 9.

PRemiſſis aut ordine prælibato ſubſecutis actoris erit actionem propoſitam rationibus & allegationibus, quas ſibi neceſſarias crediderit, inducendo fundare. Actor enim quod intendit, probare debet, ſuis & iuri cognitis probationibus. Quippe contra iuris rationem poſtulat actor, ut ſibi ad originem ſuæ petitionis fundandam inſtrumenta ſua reus ædere compellatur. Porrò fundata intentione, exceptioneque oppoſita, actor replicando factus reus, ad replicationis ſuæ aſſertionem non immerito ſibi inſtrumenta rei exhiberi deſiderat, ut C. de ædendo.l.ulti. Nam & reus ad exceptionis ſuæ probationem actoris inſtrumenta ædi ſibi iure deſiderat, ut C.de eden.l. non eſt. Et hoc in priuatis inſtrumentis locum habet. Cæterum publica & omnia inſtrumenta a quocunque & cuicunque ſunt exhibenda, ut C.de ædenda l.2. 6.& 7. Ergo ſolo præmiſſo caſu actor inſtrumenta rei ſibi exhiberi iure deſiderat: alias autem actore non probante: reus, etiam ſi nihil præſtiterit obtinebit. Quandoque tamen uerum eſt reum non obtinere, licet & actor non probet, eo ſcilicet non uere, ſed quaſi probante; quod ex uariis cauſis accidit, ut cum præſumptione pro filio faciente, quod debitum obſequium pater exhibuit, ſcriptus extraneus hæres, quod patri ingratus filius extiterit, probare cõpellitur. Idemque alias accidit, ſi actor iuret iudice deferente uel reo referente idque fiet

reo remittente, uel non iurante nec referente cum actor ei iuſiurandum detulerit. Ergo (ut diximus) actore nõ probãte, uel quaſi nõ probãte, reus etiãſi nihil præſtiterit, obtinebit. Actori enim non reo in cumbit probatio. Reo tamen quandoque mos geritur, ſi probare uoluerit, ſeque ſponte probationibus onerare, cum ea ſit negotii natura, ut & ipſius audiri poſſit probatio. ut ff. de proba. l. circa. C. de inofficioſo teſta. l. liberi. Aliquãdo quoque ab actore ad reum transfertur probatio, ut nec actor ſuę intentionis originem probare cogatur, ſed reus. Contrarium hoc quoque alias accidit propter delictũ rei, utpote cum actore conditionem indebiti proponente, reoque ſe nihil recipiſſe contendente idem ſuſcepiſſe conuincitur, ſicque ut probet ſe debitum ſuſcepiſſe arctatur, non actor ad probandam indebiti ſolutionem compellitur: alias idem accidit propter priuilegium ut in muliere, minore milite, agricola, qui ſimplicitate gaudent. Ab his enim ſuſcipientes ſe debitum ſuſcepiſſe, non illi indebitum ſe ſoluiſſe probare coguntur, ut C. de probationibus l. cum indebito. Alias id inducit præſumptionis adminiculum, utpote cum curator tutorem, qui non geſſerit conuenire deſiderat, non is, ut ipſius conſtet intentio, probare compellitur tutorem qui non geſſit turpiter depoſiti officii non fuiſſe ſoluendo: quia idipſum præſumitur ex eo quod nunc in tali ſtatu reperit ur, ſed reus ne conueniatur probare neceſſe habet eum turpiter fuiſſe ſoluendo, ut C. de probationibus. l. 3. §. ex prima. Reus quoque cũ excipit, ex ordine probat. Ex his itaque patet, quia commodius ſic dicitur ei, qui dicit, incumbere probatio, non ei qui negat. Quoniam ſic actori incumbit probatio, non reo, cum etiã reus ſępe ad probationẽ uolens admittitur, ſępe nolens cõpellitur. Itaque negantis factum per rerum naturam, id eſt, cauſarum conſuetudinem, nulla eſt probatio... Ius

enim negans,ut emancipationem non rite factam probare debet,ut C. de probationibus. l.iiii.§.ab ea. Eorum autem per quę fit probatio,quędam per ſe ſufficiunt,ut teſtes in legitimo numero non reprobati, inſtrumenta publica & authentica,inſtrumenta priuata in proprium pręiudicium emiſſa,ut apochæ & antipochę: quędam perficiunt,ut priuatę annotationes & atteſtationes, quę non ſufficiunt, & ſi moriens id annotet uel atteſtetur, niſi cum moriens iurat certam ſibi quantitatem deberi,nec quid amplius in patrimonio eſſe:quo caſu creditoribus non fit pręiudicium, licet hęredibus fiat,ut amplius non inquirant, ſi laborioſa ſit inquiſitio,alias enim forte inquirerent.

De præſumptionibus. Cap. 10.

PRęſumptiones quoque non ſufficiunt, licet proficiant, interdum tamen ex ſola pręſumptione,niſi contrarium probetur,ſententia datur:ut ſi chirographum petitoris cancellatum inueniatur,ut C.de probationibus.§.ſi chirographum. Itē ſi quis cauſa expreſſa in ſcriptis ſe debere cauit,licet forte de non numerata pecu. excipiat, ut C. de non numera.pecu.§. generaliter. Item ſi quis poſt tres ſcriptas denunciationes cum uxore aliena colloquium habere inuentus fuerit,ut in authen.l.ut liceat matri. §. ſi quis in domo. Format autem lex interdum pręſumptionem ex qualitate facti,& admittitur probatio in cōtrariū, unde dicitur,tamdiu pręſūptioni ſtatur, donec in contrariū probetur,ut C.de iure dotiū.l. nuptura filio. Quandoque pręſumptionem lex formans,& ſuper præſumpto ſtatuit pœnam, nec in contrarium admittitur probatio,quæ præſumptio legis a quibuſdā dicitur hunc alias inducit rigor ſcripturæ, ut C.de arbitris.l.ne in arbitris. Alias fauor ultimæ

uoluntatis,

uoluntatis, ut C.de Inſt.& ſubſt. generaliter, cum autem.Item de rei uxo.actio.l.1.& 2.Alias uero eã inducit odium uelut conſpirationum & coniurationum,ut in decretis.C.11.q.1.Si qui clericorum.

De teſtibus. Cap. II.

PRobationum uero ſpecies prima frequens & præcipua eſt per teſtimonia. Dignior enim eſt uox uiua teſtium,quàm uox mortua inſtrumẽtorum.Eſt autem teſtificandi officium publicum. Coguntur enim teſtes ut teſtificentur,& recognoſcant in teſtamento ſigna ſua,ut ff.de tabulis exhibendis. l.hoc interdictum.Interdictum. Licet eccleſia Romana teſtes cogere non conſueuerit, ut in decret. Alexan.3.quemlibet autem.Teſtium uero quidam certa ratione excuſantur a ferendo teſtimonio,quidam prohibentur,ut excommunicati, uiginti annis minores,ut ff.eod.l.in teſtimonio. Et ſenes.Item is excuſatur,cui uenire non licet, ut ſunt relegati. Alii ratione morbi, ut ualetudinarii. Alii dignitate, ut Epiſcopi, Magiſtratus, aut publicę utilitatis cauſa, ut milites. Publicani quoque, non detrectandi cauſa,ſed Reip.cauſa aberunt. Milites tamen & magiſtratus ſi in preſenti ſunt, & res exigat dicant teſtimonium,ut ff.eo.l.ob carmen.Excuſantur quoq; cognationis ſiue affinitatis cauſa uel ratione,ut cognatus contra cognatum,gener cõtra ſocerum & econuerſo,ut ff.eo.l.lege Iulia.Si inuiti, excuſantur,uolentes admittuntur.Prohibentur autem a ferendo teſtimonio quidam iure ipſo, quidam iudicis officio.Ipſo iure, propter perſonam ratione ętatis, ut pupilli, ut ff. eod. l. inuiti. Item is, qui non detrectandi teſtimonii cauſa aberit. Item is,qui exercitui prębendam conduxit.Sed nec pupillus teſtimonium denuntiare poteſt.Aut ratione ſexus,ut mulieres in teſtamentis:aut ratione cõ

ditionis, ut coloni, ſerui, aſcriptitii, ut C. de his qui ad exhib. l. ultima. Propter cauſam Romane religionis, ut hæretici contra orthodoxum; aut ratione infamiæ iuris, ſiue per ſententiam ſit infamis, ſiue ipſo iure, ut qui contra tranſactionem iuratam uenerit, ut C. de tranſactionibus. l. ſi quis. ff. eod. l. ob carmen. Niſi in maximis criminibus. Quidam tamen infames colligunt, licet non ad iudicialia teſtimonia, tamen in ultimis eulogiis * contendentibus eſſe admittendos occaſione eius, quod dicitur de minoribuus, hereticis licet infames ſint, admittendos, ut C. de hæreticis. l. cũ multi. Præterea ratione infamię facti, ut meretrix, ut ff. eod. Item ratione pietatis, ut liberi contra parentes, aut ratione obſequii ut libertus contra patronum: aut domeſtica affectione ut domeſtici & familiares, ut ff. eod. l. parentes, C. eod. l. libertorum. Aut ratione priuatæ utilitatis, ut eo. l. nullus in re. Aut qui in alio iudicio criminali ſecundum quoſdam, uel etiam ciuili ſecundum alios in eundem reum teſtimonium dixerit, ut ff. eod. l. produci. Iam in eodem ciuili iudicio bis aut ter contra eundem teſtis produci poteſt, ut ff. de quæſtionibus l. repeti. Aut ratione aduocationis, ſiue executionis, ut aduocati in cauſa, cui patrocinantur: executores in cauſa, quam exequuntur, ut ff. eodem l. ultima. Aut propter inimicitias capitales, ut ff. eod. Obiectu uero criminis pro quo non eſt condemnatus teſtis ſecundum leges repelli non poteſt, licet ſecundum canones contrarium uideatur obtẽtum, ut in decretis Alexan. iii. Sed Lucius Papa ſcribens contrarium conſentit legibus. Sed nec eum repelles contra te, quem ſemel produxiſti pro te, ut C. eod. ff. ſi quis. Si autem odioſus teſtis dicatur, & cauſa criminis cæpta prius erat, prius finiatur quam recipiatur teſtis. Si uero aliter odioſus, recipiatur, a iudice autem in fine diſputationis æſtimatur

alias tractatibus.

æſtimatur an eius teſtimonium credendum ſit, ut ut C.eo.l.ſi teſtis odioſus.

De iuramentis teſtium. Cap. 12.

IVrare autem debent teſtes, priuſquam teſtimonium perhibeant, ut C. de teſtibus l. iuſiurandi. Iurare autem debent eo præſente contra quem producuntur, uel eo a iudice citato, ſicque contumaciter abſente, ut perinde ualeat eorum teſtimonium ac ſi parte præſente dictum fuiſſet, ut in authen.de teſtibus.§.& hoc uero. Iudice quoque diſcernente occaſione teſtium alibi degentium ad iudices eorundem locorum litigatores, uel eorum procuratores dirigi poſſunt, ut coram ipſis iudicibus atteſtationes utriuſque partis recipiantur, & iudici coram quo facta eſt litis conteſtatio ſignis ipſorum iudicium incluſæ deſtinentur, ſiue per ipſos qui teſtes produxerunt, ſiue per eorum aduerſarios: & hoc quidem in ciuilibus negotiis obtinet. Cæterum hoc in criminalibus non admittitur, ſed opus eſt teſtium præſentia, ut in auth. de teſtib. l. Et quoniam. Iurare præterea debent prorſus ita eſſe, id eſt, ſe uidiſſe & audiſſe, & ſub pręſentia ſua quidem factum fuiſſe, ut C.de teſtib.l.teſtium. Et licet in contractibus, uel quaſi non generaliter teſtes oporteat acciri. Quinimo ad fidem rei geſtæ faciendam non rogatus teſtis ſufficiat, niſi tamē ſoluatur debitum ſcriptis contractum opus eſt quinq; teſtibus ad hoc rogatis: totidem deſiderantur in confeſſione creditoris dicentis ſibi pecuniam ſolutam uel debitoris profitentis a ſe debitam, ut in auth .de teſtib.l.3. Sicque in his duobus caſibus ſufficit ſolus auditus, ideq; aliis duobus reperitur: (uerbi gratia) cum teſtator non uult, quā ex teſtibus audire in teſtamento comprehenſa, ut C.de teſtam. l. hac conſultiſſima.

ſultiſſima. Itemque cum contenditur an opus factum ſit, ſufficit memoria auditus facti operis, licet factum non uiderint, ut ff. de aqua pluuiali arcenda. l. idem Labeo. Sed & in cauſa matrimonii ſufficit teſtamentum de auditu, ut C. 35. q. 3. de parentela. In omni autem iudicio ubi maior numerus teſtium non exigitur, duo teſtes ſufficiunt. Neque enim unus teſtis admittitur quantalibet præfulgeat dignitate, licet unus ad præſumptionem ſufficere uideatur, ut C. de iureiuran. l. ſi duo. Quædam tamen lex dicere uidetur pro unico teſte producto, quæſtioni locum non eſſe, ut nihilominus, quã uis unus teſtis aſſit a quæſtionibus ſumptum ſit initium, quod contra leges eſſe manifeſtum eſt, ut C. de quæſtionibus. l. maritus. Si ergo ad hoc non proficit unus teſtis, ad quid aliud proficiet? Nunquid ad hoc, ut probationum inopia uerſante a iudice ſacramenti fiat delatio? hæc omnia in quæſtione relinquo. Illud uero tranſeundum non eſt quod teſtes, de quorum opinione & moribus dubitatur, iudicẽ de his inſtruere debent. ſicque de facto ſuo reſpondere. Alioquin ſicut & ignoti, tormentis ſubiicientur: hocque ſatis ueriſimiliter colligitur in auth. de teſtibus. l. 3. in fin. Poſſunt autem ab eadem parte ſemel & ſecundo & tertio teſtes produci: quarto quoque iure deſideratur teſtium productio, ſi neq; renuntiauerit productioni teſtium, neque teſtificata didicerit, ſacramento tamen ab eo primitus dando, quod nec ipſe perſcrutatus eſt atteſtationes, neque aliquis aduocatorum eius, aut pro eo agens, neque per dolum aut per partem aliquam quartam peti productionem. Si uero facta renuntiatione didicerit teſtificata, quia non aliter publicantur atteſtationes niſi prius facta renuntiatione de cætero productionem teſtium non deſiderabit. Quod ſolũ obtinet ſi tertio produxerit ſed etiam ſemel, & ſecũdo, & ita præmiſſa renunciatione teſtificata didicerit

rit & hoc ideoque præſumitur hic deſiderare cauſa adiiciendi aliquid teſtificatis uel emendandi, niſi ad id corroborandum quod a teſtibus ſuis fuerit propoſitum, uel id infirmandum quod ab aduerſæ partis teſtibus propoſitum fuerit, ut in auth. de teſtibus l. quia uero. Licitum autem eſt parti, uel eius aduocato intereſſe, niſi teſtes aduerſæ partis ſuum perhibeant teſtimonium & eorum atteſtationes audire, nec ea ratione impeditur producere teſtes, quæ innuunt uerba eiuſdem authenticæ. Quidam tamen perenniter utrunque debere dicunt occaſione legum, quarundam, ut C. de fide inſtrumentorum. l. iudices.

De fide inſtrumentorum. Cap. 13.

IN exercendis litibus parem uim obtinent fides inſtrumẽtorum, & depoſitiones teſtium. Sed hoc ita, ſi inſtrumenta ſunt publica per manum tabellionis confecta. Idem, ſi ſint publica coram iudice confecta, quæ acta ſiue geſta dicuntur: hæc enim ſufficiunt. Nam & atteſtationes ſigno authentico iudicis coram quo ſunt receptę, incluſæ ualent, cauſa quoquo modo ad alium iudicem delata: quinimo teſtationes coram arbitro factæ, recipiuntur coram ordinario, cum cauſa non eſt finita coram arbitro, ut C. de teſtib. l. ult. Apochæ quoque, in quibus creditor confitetur ſe totum partemve debiti recepiſſe, danturque a creditore, debitori ſufficiunt: ſimiliter & antipochæ, quas conſcribunt debitores confitentes ſe ſoluiſſe partem debiti uel uſuras: & hæ dantur creditori, ut ſi quando debitori uelit dicere, non eſſe debitum, uel contra ſe præſcriptione tueri, ex ipſa ſcriptura poſſit conueniri. Nam partis debiti, uel uſurarum ſolutio, temporis fa-

cit

cit interruptionem, ut C. de fide inſtrumentorum l.plures. Ideo autem ſufficiunt hæc inſtrumenta, licet priuata ſint, quia in proprium præiudiciũ ſunt emiſſa, quinimo omnia inſtrumẽta in proprium aliquorum præiudicium emiſſa; tamen illorum authẽticis ſignis innexa hodierno & ſolenni uſu ſufficere uidentur. Inſtrumenta uero diuerſa ſibi per contrarietatem fidem derogantia nihil firmitatis obtinent. cum ab eadem parte proferuntur, ut C. de fide inſtrumentorum. l. diuerſę. Licet ſecus ſit in teſtibus ſibi contrariis ab eadem parte productus. Nam hoc caſu his qui ueraciora dixerint, fides adhibetur. Vt in authen. de teſtibus l. ſi teſtes. Is autem contra quem producitur inſtrumentum, probare debet inſtrumentum falſum, ſi hoc elegerit, ſi tamen appareat in prima figura: porro ſi nõ appareat in prima figura cum ſit iudici ſuſpectum probandum eſt quod ſit uerum. Licet uero a producente inſtrumentum fides ſit impoſita, aduerſario tamen de calumnia iuranti & dicenti quod probabit eſſe falſum erit exhibendum, niſi iurare uelit quod exhibere non poſſit. Tunc enim a neceſſitate exhibitionis relaxabitur, chartaque uera habebitur. Quid ergo ſi teſtes habeat, qui inſtrumentum legerint, qui iurent, quod aliud inſtrumento continebatur, quàm ſit iudici ſuaſum, aut quod alio modo negotium interceſſerit? forte audientur. Sicque adhuc facultatis quęſtio uentilabitur. Hęc autem facultas ei permittatur, donec cauſa apud iudicem uentiletur. Cęterum poſteaquam finem acceperit, hoc licitum non erit, ut C. de probationibus l. ultima. §. cum quis. Si uero a quoquam mota ſit, & is deſtitit, ſicque inſtrumento acquieuit, poſtmodum ſententia uel tranſactione finita, occaſione falſi non retractatur, ut C. ſi ex falſis inſtrumentis. l. 1. & ad l. Corne. de falſis. l. ipſe. Is autem, contra quem proponitur actio falſi, ſi ſuam innocentiam

probat,

probat,eumque a quo accepit literas,exhibeat, ſe liberat, ut C.ad l. Cornel de fal. l.maiorem. Qui uero ex inſtrumento conuenitur, non ex iudice, id eſt,exemplo; ſed ex authentico, id eſt,originali erit conueniendus, ut C.de probationi. l. ii.

De exceptionibus. Cap. 14.

REI autem non minus quam actores, uariis modis ad partium ſuarum aſſertionem procedunt. Aut enim excipiunt, aut dilationem petunt,aut compenſant,aut ſolutum contendunt,aut debitum confitentur.Et quidem uariis modis excipitur, ideoque de exceptionibus prius in genere diſpiciamus deinde quanta poſſumus breuitate conſequentes de his exceptionibus,quarum frequentior uſus in iudicio reperitur. Exceptionum itaq; aliæ ſunt temporales & dilatoriæ, aliæ perpetuæ & peremptoriæ. Temporales & dilatoriæ ſunt, ut pacti conuenit,temporalis & fori, & ſimiles.perpetuæ & peremptoriæ ſunt, ut pacti conuenti perpetui, tranſactionis,iuriſiurandi,rei iudicatæ,doli mali & metus. Ideoque dicuntur temporales & dilatoriæ, quia ad tempus obſunt, & cauſam differunt. Perpetuæ & peremptoriæ ideo,quod perpetuo omnibus obſtant,& cauſam perimunt.Perpetua quoque & peremptoria quacunque parte litis opponitur, ſiue ab initio ſit conteſtata,ſiue non.Quia enim ut res totius negotii perimit recte quacunque parte litis obiicitur & probatur,dum tamen ante ſententiam dilatoriæ exceptiones,quæ ex cauſa opponuntur,ut pacti conuenit temporalis, ab initio ſunt opponendæ,ſed demum fundata intentione probandæ ſunt.Sed hoc ita. ſi de ipſa intentione dubitet reus:quod ſi de ipſo confiteatur ab initio obiicienda & probanda,ut C.de exceptionibus.l.ſiquidem. Non tamen minus per eandem legem dicimus,cum

debitum

debitum confitetur reus ſed actione perpetua ſe munitum aſſerit de exceptione ſolummodo eſſe agendum, poſſeque fieri talis exceptionis ab initio conteſtationem. Sed demum fundata intentione, ad ipſius aſſertionem procedendum, ſi de ipſa intentione dubitetur. Quę enim quacunque parte negotii proponitur, merito poteſt & ab initio obiici, fundanda demum cum actor ſuam impleuerit intentionem, ut C. de exceptionibus. l. preſcriptionem. Exceptio uero dilatoria, qua ex perſona rei obiicitur, ut fori, & quia legatus, dicitur, ab initio opponenda eſt & probanda, ut C. de exceptionibus. l. ult. Cum autem ex parte * actoris obiicitur, diſtinguitur an affirmatiue, uel negatiue, proponatur. Nam ſi negatiue, lis prior ulterius non procedit: niſi is qui agit, contrarium probare uoluerit, ut ſi dicatur procurator non eſſe, uel non habere mandatum, exceptio ab initio eſt opponenda, quo ad hoc, ut caueat, uel probet, mandatum adigatur. Porro poſt litem conteſtatam rite obiicitur, ſi is qui conuenitur, probare uoluerit, eum qui conuenit falſum procuratorem; quo probato forte & poſt ſententiam nec controuerſię ullę, nec iudicium ullum dicetur, ut C. de procuratoribus. lege licet. Hoc autem ideo, quia hęc exceptio ad id obiecta eſt, quaſi peremptoria, imo forte pluſquam peremptoria eſt. Si uero affirmatiue ex parte actoris obiicitur, utpote quia miles dicitur, ideoque a procuratione repellendus, ab initio opponenda & probanda eſt. Ex pręmiſſis itaque patet, quod licet ex ordine uerum ſit, ad probationem compellendum eũ qui excipit, cũ & agere uideatur hoc tamen ita intelligi debere, ſi affirmatiue excipitur. Nam ſi negatiue, puta quod non eſt mandatum, nec eſt agenti mandatum, nec eſt bonorum poſſeſſio data, probationis moleſtia in agentem dirigitur. Omnem

* aliàs, perſona

autem exceptionem rei cohęrentem,quę principa li reo datur integro manente ſtatu, ad interceſſores etiam inuito reo extendi conſtat,ut C. de except.l.defenſores.Perſonę nãque cohęrentes, utpote ſocero, marito, patrono, donatori, ne conueniantur, niſi quatenus facere poſſunt, interceſſoribus non competunt: hi enim in ſolidum conueniuntur, ut C. de re iudi.l. ſunt qui. Ideo autem diximus integro manente ſtatu, quia ſiue ſtatus perſonę ſit mutatus, ipſo ſcilicet deportato, ſiue rerum, ut cum bonis ceſſit, licet ipſe exceptionem habeat,ſi fideiuſſores non liberantur,ut C.de fideiuſſoribus.l.1.Nihil autem prohibet pluribus exceptionibus uti,licetque defecerit in una, non tamen eo minus admittetur ad aſſertionem ſequentiũ,ut ff.de exceptio.l. nemo. Nec mirum, ſi ſe negans debere de hoc poſtea conuictus alia conuentione utatur:niſi lex impedimento ſit, ut ff.de reg.iur. l. nemo ex his.Lex nanque quandoq; impedit,ne alia defenſione utatur in penam inficiationis,ut ff.de noxali actione.l.penult.

De pacti exceptione. Cap. 15.

EST autem notiſſima exceptionis ſpecies,exceptio pacti. Pactum uero eſt duorum conſenſus uel plurium in idem dandum uel faciendum inuicem id alteri ab altero. Pacta quę contra leges & bonos mores fuerunt, nullius eſſe momenti explorati iuris,ut C.eo.l.pacta. Pacta enim quę turpem cauſam continent,non ſunt obſeruanda:ueluti ſi paciſcar,ne furti agam,uel iniuriã ſi feceris. Expedit timere furti uel iniuriarum pœnam ſi feceris. Sed poſt commiſſa paciſci poſſumus. Item ne experiar interdicto unde ui,quatenus publicam cauſam contingit,paciſci non poſſumus. Et in ſumma, ſi pactum conuentum a re

priuata remotum ſit, non eſt ſeruandum. Ante omnia enim animaduertendum eſt ; ne conuentio in alia re facta,aut cum alia perſona in alia re aliive perſonę noceat. Et quidem contra leges facta pacta non ualent,ſi fuerint principalia. Venditio enim morboſorum animalium, interceſſio mulieris contra Velleianũ inualida ſunt. Excipiuntur enim mulier, morboſi animalis emptor ſi conueniantur, quinimo poſtremus emptor repetit precium ſi redhibet:mulier quoque ſine iudice ex interceſſione ſoluens repetit . Sequentia uero pacta de renuntiando facta ualent:quamuis enim Senat.Conſul. Velleianum ędilitium edictum prohibeant , prima pacta,id eſt,morboſa animalia uendi,mulierem intercedentem admitti,non tamen prohibent hos iuri ſuo renuntiare: imo licet cuique renuntiare his quę pro ſe prodita ſunt,ut ff.eod.paciſci. C. quando mulieres officio tutelę funguntur.l ultima.His itaque modis ex cauſa pacta fuerint inutilia, ex cauſa quoque fuerint pacta inutilia propter naturam : ut ſi quis ſtipuletur hominem immortalem etiam paciſcentes fuerint pacta inutilia,ſed etiam propter rẽ,ut ſi quis ſtipuletur liberum hominẽ.Itẽ propter utrunque, ut ſi pupillus ex mutui cauſa numeret pecuniam alienam , ut ff. ſi certum petatur. l.non omiſſis.§ .ſi pupillus.Ex his itaque cauſis pacta inutilia efficiuntur . Vtiliũ uero pactorũ alia sũt nuda,quę exceptionẽ pariunt,& adactionẽ nõ proſunt,niſi caſus aliud inducat,ut in conſtituta perſona * & in donatione,ut C. de donatio. ſi quis argentum. Alia ſunt adminiculo munita . Et hęc quidem pacta uariis modis muniuntur. Adminiculo uero rei,ut in mutuo,aut in uerborum ſtipulatione,aut literarum, ut in chirographo,aut conſenſu formato,& in nomen ſpecialem tranſeunte, ut in emptionem & uenditione,aut datione uel facto : uel nominatis contractibus,ſcilicet do,ut des,

alias,appoſitio

uel

uel facio ut facias,appellatio*quoque pacti incon tinenti. In contractibus id pactum facit non nu-dum, quod alias nudum eſſet.Pactorum itaque uti lium uarius eſt effectus: aut enim actiones informant,aut actiones perimunt,aut actiones elidunt. At pacta quę fiunt ad exceptionem, aut adiuuant, ut quę fiunt ad replicationem: aut perimunt, ut actiones turpes, & ex conſenſu proficiſcentes re integra. pariunt ergo nouas actiones præſcriptis uerbis,informant ueteres tam in contractibus bonę fidei,ut C.de pactis.l. iuriſgentium: Quam ſecundum fere omnium opinionem in contractis ſtricti iuris,ſi fiunt incontinenti appoſita pacta, ut ff. ſi certum petatur lecta eſt.

Alias appoſitio.

De tranſactionibus. Cap. 16.

TRanſactionis quoque exceptio quędam notabilia continet,de quibus uideamus. Eſt autem tranſactio de re dubia & lite intenta, deciſio non gratuita,id eſt,aliquo dato uel promiſſo uel retento,ut C.de tranſactionibus.l.tranſactio. Quandoque tamen ubi nihil datur interpretantes dari intelligimus, ut ualeat tranſactio: ut in duobus inſtitutis,& inuicem inſtituere rogatis tranſigentibus,ut C. de tranſactionibus. l. de fideicommiſſis. Is uero proprie tranſigere dicitur * qui agit,& ab actione tranſit:ei autem tranſigi dicitur, a quo petitur,licet abuſiua uocabulorum permixtio reperiatur,ut C.de tranſactionibus.l.2. Tranſigere autem licet de queſtione ciuili, ſed de crimine priuato, de publico quoque quod pœnam ſanguinis irrogat, præterquam de adulterio: licet hoc per authenticam correctum uideatur,ut in authen. liceat mater. §. Quia uero. Ita de publico quoque

Alias ui detur.

uitam non adimit minime,niſi de crimine falſi, ut C.de tranſactionib.l.tranſigere.Hoc tamen quandoque uitam adimit,ut falſæ monetæ,ut C.de falſa moneta.l.quoniam.Ante ſententiam tranſigere licet.Nam de re iudicata tranſactio facta non ualet,niſi negetur iudicatum, ut C. de tranſactionib. l.poſt rem.Idem eſt ſi ignoretur iudicatum,uel appellatum eſt,uel appellari poſſit,ut C.de tranſac. l. & poſt rem.Idem quoque eſt, ſi cauſa reſtitutionis pendeat,ut C.de tranſactionib.l.ſi cauſa.In tranſactionibus uero quandoque,utpote ſi ex inſtrumentis tranſigitur,ineſt tacita conditio, ſcilicet ſi uera ſint inſtrumenta,ut C.de tranſactionib.l.ſi ex falſis.Reſcinditur itaque ſic inita tranſactio ex falſis inſtrumentis,& ſacramento ſit corroborata, per eũ contra quem producta ſunt inſtrumenta.Legitimę uero tranſactionis effectus hic eſt, ut ei qui conuenitur exceptionem pariat,ſi pacto paret, & hoc ita ſi tranſactum eſt: forte idem eſt ſi non ſit tranſactum,ſed de tranſigendo conuenerit, ut C.de pactis.l.ſi intra. Si uero pacto non paret, & actio uiuit,redditur ad eam, ſi excipiat de dolo, uel in factum replicatur:ut ſic aduerſarius ad obſequium placitorum urgeatur,ut C.de tranſactionibus.l.ſiue apud. Si tamen per acceptilationem extincta eſt, de dolo agitur, niſi biennium exceſſerit, ſi tamen biennium ſuper ſit:ſed propter odium ſublata actio quantum ad hæredes ſit, uel ſublata cenſetur,uel ineſficax eſt. Quia cum effectu obſtat exceptio, quia factum eſt quod factum conuenit,id eſt, res tradita, quæ poſtmodum ſit euicta, pro qua tranſigitur, actio præſcriptis uerbis in defectum, uel naſcitur uel ab imperatore datur,ut C. de tranſactionibus.l.Cum mota,& l.ſi profundo.Re enim euicta pro qua tranſigitur, præſcriptis uerbis pro euictione agi licet.Re euicta ſuper qua tranſigitur,actio non datur,ut in eadem lege. Si quis autem

tem maior annis 25.aduerſus pacta uel tranſactiones,quas inuocato omnipotentis nomine nullo cogente ſacramenti religione ſolidauerit,ueniendum putauerit,uel interpellando iudices,uel ſupplicando potentioribus,non ſolum notatur infamia, uerum actione priuatur,& pœna reſtituta,qua pactis probatur,infecta re careat,de qualis eſt, & emolumento, quod ex eo pacto conſecutus eſt priuetur his omnibus ad eum deuoluendis,qui iura pacti intemerata ſeruauit,ut C.de tranſa. l. Si quis maior.

De iureiurando. Cap. 17.

MAximum quoque remedium dirimendarum litium eſt iuſiurandum, ut C.de iureiurando.l.prima maximum. Pręſtito enim ſacramento ab omni controuerſia diſceditur,cum & reo iuranti perpetuam pariat exceptionem, ut C. de iureiurando.l.autem penultima. Refert autem iuſiurandum dominus habens rerum adminiſtrationem,tutor quoque & curator, & œconomus. Procurator etiam in caſibus, utpote ſi mandatum id ei ſpecialiter ſit, ſi generale & liberum habeat mandatum, ſi in rem ſuam factus ſit procurator, ut C. eodem l.pupillus. Iuratur de facto forte & de iure, ut ſi ita deferatur: ſi iuraueris te obligari non poſſe, quia tutoris authoritas non interuenerit prout ſonare uidetur, ut ff. Eſt autem iuſiurandum aliud uoluntarium, ſiue conuentionale, quod pars parti extra iudicium ex conuentione defert. Ex huiuſmodi iuſiurandi delatione nemo aſtringitur uel ſoluere, uel ſubire iuſiurandum uel referre. Nihil enim neceſſitas habet. Aliud uero dicitur neceſſarium, quod parti a parte defertur in iudicio iudice tamen approbante. Ideo autem ſic dicitur, quia neceſſe habet

bet is, cui defertur, uel iurare, uel referre uel ſolue re. Sed & recuſare permittitur, quod eſt quartum remedium a Iuſtiniano introductum, ſi tamen recuſet, quare recuſet ac teſtetur & aſſignet. Alioqui iudex ſi uiderit recuſatum, ſacramentum eſſe præſtandum, ſic cauſam definiat, quaſi ipſe detuliſſet, nec relatum ſubiiſſet, condennato tamen non denegando prouocationis auxilium, ut C. eodem l. generaliter. Hoc iuſiurandum, ſicut nec conuentionale prætextu periurii etiam poſtea nouis inſtrumentis repertis non retractatur, ut C. de iureiurando. l. 1. Excipitur, niſi quis non apparente teſtamento iurauerit ſibi deberi legatum. Quo caſu poſtea prolato inſtrumento, ſi manifeſtum ſit, uel ei penitus relictum & legatum auferetur, ne ex ſuo periurio lucrum conſequatur, ut C. de iureiurando. l. ultima. Hoc ſacramento neceſſario ex ordine refertur, præterquam in amotione & furto, & conſimilibus: in quibus ſi deferatur non eſſe amotum uel ſurreptum, delatio admittitur. Licet relatio minime, ſi referatur uel ſurreptum, ut C. eod. l. Marcellus. §. qui rerum, & C. de iniuriis. l. Cornelia. §. hac lege. Ex hoc ſacramento ſicut ex priori & exceptio datur & actio naſcitur, ut C. de iure. l. ultima. Ea quidem actio competit in factum, ſi forma non adiecta iuratum ſit. Si uero forma adiecta, ſecundum genus negotii utilis actio tribuitur, ut C. de iureiuran. l. ſed & ſi. Eſt tertium iuſiurandum iudiciale, quod mero iudicis officio interponitur. Hoc iuſiurandum tractatur occaſione inſtrumentorum poſtea repertorum, ut C. de iureiurando. l. Admonendi. Ex hoc iureiurando actio non naſcitur, ſed expectatur iudicis ſententia. In contractibus quoque bonæ fidei, & ſtricti iuris, necnon in maleficiis & cæteris cauſis inopia probationis emergente per iudicem rem iureiurando decidi oportet cauſa cognita. In cauſæ autem

cogni-

cognitione uertitur,ut interdum actori, interdum reo deferatur. Si enim nulla ſubeſt probatio, uel præſumptio legitima, cui iudex æſtimauerit credi oportere, reo ſacramento delato & pręſtito uel remiſſo,abſolutio ſequitur,ut C.eod.l. pretor.& l. in compunctione. Interdum tamen iuſiurandum actori defertur cauſa cognita, ſcilicet tum propter pręſumptionem, ſi ęſtimauerit iudex ei credi oportere, ut in authentica de fide inſtrumento. Si uero. Tum propter fugam rei,ut in authenti. de exhiben.& introdu.reis.§.Si uero,& colla.Super hoc. Tum quia reus non fecit, quod facere debuit, id eſt, procuratorem non conſtituit, ut in authentica de collat.§.ſi quis autem. Tum propter honeſtatem perſonę, preſertim ſi res uel ſumma appetita,modica ſit,ut ff.de re militari. l. Barbaris, & de legitima tutela.l.legitimos. Tum propter munus, quod euitare quis conatur: & utilitatem aduerſarii,ut in authen.de iis qui ſe oblig.Reipu. contendunt.l.ut non. Tum propter abnegationem, ut in authen.de Triente & ſemiſſ.§.Studium. Deſideranti quoque reſtitutionem expenſarum, ſicque in hoc actore conſtituto ſępe ob inopiam probationum defertur ſacramentum, hoc quod accidit uel propter diligentiam,ut C. de bonis authoritate iudicis poſſeſſis.l.ultima. Vel propter improbitatem aduerſariorum temere litigantium, ut C. de iudiciis.l.properandum.§. ſiue. Vel propter eorundem abſentiam,ut in eadem lege.§.ſin autem. Vel propter beneficium actoris impetratum, & negligentiam rei,ut C.de iure dominii.l.pe. §.ſin autem.

De exceptione rei iudicatæ. Cap. 18.

REi iudicatę exceptio frequenter in iudiciis obiicitur. Obſtat autem exceptio rei iudi-

tatæ quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur. ut ff.de exceptionibus rei iudicatæ. l.3. Eandem quæſtionem facit eadem conditio perſonarum & origo: ſiue cauſa petitionis illius, quæ prius petita erat, ſiue ſit corpus, ſiue quantitas, ſiue ius, quod petitum eſt, ut ff. eod.l.ſi mulier.§. eandem. Et quidem conditio perſonarum ſpectatur. Ei nanque contra quem iudicatum eſt, ſi hęres exiſtat, ei contra quem non eſt pronunciatum agenti ex cauſa hæreditaria, non obiicitur exceptio rei iudicatę, ut ff.de exceptio. & pręiudiciis. l. res. Idem eſt, ſi ex alia cauſa non noua nunc peto, cum prius quadam expreſſa petieram: quia ea ſola cauſa, quę expreſſa eſt, in iudicium deducta uidetur. Si uero nulla cauſa expreſſa rem petiero, rurſus ex quacunque cauſa petiero non noua, petenti obſtabit exceptio. In reali enim actione non eſt cauſa, qua res ſit mea, quæ in petitione non comprehendatur, cum cauſa non expreſſa repetitur: quia non ex pluribus cauſis res noſtra eſſe poteſt. Ex pluribus autem cauſis perſonaliter quis obligari nobis poteſt. Ideoque ex una cauſa petito facta, alteram non tollit, ut ff. eodem.l.& an. §. Actiones. Inſpicitur quoque an eadem res petatur. Cæteris concurrentibus obſtabit petitio, ut ff. eodem.l.& an. §. idem. Quinimo ſi toto petito pars petatur, obſtabit exceptio: quia in toto pars eſt. ut l.ſi quis. Obſtat itaque exceptio ſi inter eaſdem perſonas eadem quæſtio reuocetur, & hoc ſiue eædem ſint ueræ ſiue per interpretationem: ut tutor, curator, actor. Municipii procuratori quoque nomine alterius agenti obiicitur exceptio, ut ff.eo. l.4. Rei iudicatę. Res uero inter alios acta, aliis ſuo nomine agentibus non pręiudicat. Aliquando tamen alii ſcienti, & prohibere ualenti, & non prohibenti, ſẽtẽtia nocet: ut ſi is, cui principaliter detur actio, uel defenſio, alium cui datur ſecũdario, patiatur

cur

tur cauſam agere, uel defendere, ut debitor creditorem, emptor uenditorem, emphiteota proprietarium, Vaſallus dominum, ut ff. de re iudicata.l.penultius. Item uictoria unius ex ſociis fundi communis, cui ſeruitus debetur, prodeſt alteri etiam ad exceptionem, licet amiſſio non præiudicet, ut ff. eod.l. ſi ſeruus. §. ſi fundus. Sic etiam accuſati de adulterio commiſſo cum uxore alterius, abſolutio prodeſt uxori, quandiu nupta eſt eius condemnatio non nocet, ut ff. de adulte. l. denuntiaſſe.§.quęritur. Ex duobus quoque tutoribus condemnatus qui geſſerant, unius appellantis in iudicio appellationis uictoria alteri proderit. C. ſi unus ex pluribus appellauerit. l. ſi iudici.

De exceptione doli & metus. Cap. 19.

EXceptionum præterea doli mali & metus uſus frequens eſt. Ei autem competit exceptio doli, qui per dolum eſt obligatus. Itaque ſi eum conueniſſet quem ſub conditione obligari per dolum alter quia pure eſt obligatus, doli mali obſtabit exceptio, ut ff. de uerb. obliga. l. ſi quis. Siue dolus dedit cauſam contractui ſiue non, in contractibus ſcilicet ſtricti iuris. In contractibus uero bonæ fidei, ſi dat cauſam contractui, contractus nullus eſt. Ideoque ex eo non agitur, nec opus eſt exceptione. Quinimo, qui ſine cauſa ſtipulatus eſt, licet eo tempore nihil dolo malo feciſſet, ſi tamen ex ea ſtipulatione petat, tunc dolo malo facere intelligitur. Ideoque obſtat exceptio, ut ff. eod. l. 2. §.circa. Dolo etiam facit, qui ſciens petit, quod ſtatim redditurus eſt: ideo obſtabit exceptio doli ff. de dolo.l. dolo facit. Quod locum non habet in poſſeſſorio iudicio in quo iure peto, quod reſtituturus ſum. Vt in quorum legatorum interdicto dicitur, ut ff. quorum legatorum.

l. hoc interdictum. Quandoque etiam non factum, ſed ſilentium doloſi, inducit doli exceptionem. Si enim cum creditores hæreditarii mandaſſent hæredi, ut hæreditatem adiret, quam ſuſpectam putabat: unus ex his doloſe non mandaſſet, ut ita, ſed eũ inſolidum conueniret mãdaturus; alias ſi non foret hic heres aditurus, ſi poſtea inſolidum agat creditor, doli mali exceptione repellitur, ut ff. eodem. l. apud Celsũ. Et ut generalius dicamus, ex omnibus in factum actionibus oritur exceptio doli mali. Dolo enim petit, qui cum qualibet exceptione repellitur, ut ff. eodem. l. 2. Nanque qui æquitate defenſionis infringere actionem poteſt, doli exceptione tutus eſt, ut ff. eodem. l. apud. §. qui æquitatem. Aduerſus autem exceptionem doli, non datur replicatio doli: utpote ſi dolo inductus ab alio quo ad promittendum, eundem induxeris ad remittendum. Hic enim, cum eum repellas, doli exceptione, non adiuuatur doli replicatione, quia dolus dolo compenſatur, ut ff. eodem. l. apud. §. Marcellus. Ex dolo uero tutoris & curatoris, ſi cum eis colluſum non eſt, ſintque pupillus & pubes ex eo dolo locupletiores, exceptio doli mali obiicitur, ut ff. eodem. l. apud. §. illa queſtio. Ex dolo quoque procuratoris tam præterito quam præſenti obiicitur exceptio, ſi tamen ſit procurator in rem ſuam, uel generalis. Alias autem ex dolo procuratoris ſimpliciter ad agendum dati commiſſio poſt litiſconteſtationẽ duntaxat obiicitur exceptio. ut ff. eodem. l. apud. §. quæſitum eſt. Vt autem hæc doli exceptio teneat, neceſſe eſt, ut actoris, contra quem obiicitur, dolus probetur. Neque enim ſufficit ſi a quocunque dolo factum id doceatur. ut ff. eod. l. 2. §. idem. Metus uero exceptio in rẽ ſcripta eſt. Sufficit .n. ad hoc ut obiiciatur, ſi a quocunq; in re ea de qua obiicitur metus cauſa factum eſſe probetur, ut ff. eodem lege metus cauſa.

De

De uſucapionibus & præſcriptionibus. Cap. 20.

NOn minus autem quam præmiſsis exceptionibus defenditur reus exceptione uſucapionis uel præſcriptionis. Eſt nanque præſcriptio uera exceptio. Vſucapio quoque licet ſit acquiſitio dominii, tamen qualem de iure uel facto parit exceptionem, ut Codice de iure dominii in rebus. l. in rebus dotalibus. In rebus ad complendam uſucapionem neceſſaria ſunt, iuſtus titulus, & bona fides utriuſque tam dantis quam accipientis in initio poſſeſſionis. Neceſſarium quoque eſt ut res nō ſubiaceat uitio, uel quaſi, ut ſi ſit ui poſſeſſa uel clandeſtina uel furtiua: niſi prius uitium purgatum uel præſidi contra legem iul. repetun. donata ſi fuerit pupillarum uel fiſci. Item exigitur, ut pro ſuo poſſideatur, & ut poſſeſſio ſit continua, id eſt, non interrupta alio medio tempore in poſſeſsione conſtituto. Item triennium continuum neceſſarium eſt, ſiue id toto uſucapionis tempore poſſederit, ſiue alius a quo cauſam habet utatur initio, & illius poſſeſsionem ſua poſſeſsione continuet. Vſucapiuntur autem res mobiles, & ſe mouentes præſcribuntur uero longo tempore res immobiles, ſcribuntur legitimo tempore res utræque. Vt autem longi temporis procedat præſcriptio his opus eſt: bona fides ex parte accipientis. Sed hodie etiam ex parte dantis. Nam hodie malæ fidei poſſeſſore alienante, ceſſat longi temporis præſcriptio, ſi uerus dominus ignoret ius ſuum & alienationem factam. Spectatur ergo triginta annorum defenſio. Si uero ſciat alienationem eſſe factam, & putat res ad ſe pertinere, obſtat decem uel uiginti annorum, ſi litem non eſt conte-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtatus intra decennium uel uicẽnium, ut in authen. §. rurſus. In complenda etiam hac præſcriptione titulus exigitur, uel id quod pro titulo habetur: & ut res non ſubiaceat uitio, uel quaſi uitio: & ut ſit ſtatuto tempore poſſeſſa nulla interruptione facta, id eſt decennio inter præſentes, uicennio inter abſentes. Si tamen is, cuius res præſcribebatur quibuſdam annis fuit præſens, & in eadem prouincia, quibuſdam abſens, id eſt, in alia prouincia, adiiciuntur ei tot alii, quot ex decennio fuit abſens, ut in authen. quod ſi. Facta autem interruptione ciuili, perpetuatur actio uſque ad quadraginta annos, ut C. de annali exceptione l. pecunia. Excepta actione de dolo, & reſciſſoria, ut ff. de empt. l. qui fundum. §. qui bona. Poſt irruptionem autem naturalem, ſufficiunt uiginti anni: ſi tamen initium ſecundæ poſſeſſionis uitio caruit. Secundæ enim poſſesſionis initium ſpectamus ut ff. de uſucapio. l. ſi is. §. ſi quis. Item licet ciuilis interruptio tantum illis proſit, qui interruperunt: naturalis tamen non illis ſolum ſed omnibus generaliter, ut ff. de uſucapio. l. naturalem. Interrũpitur autem præſcriptio naturaliter uariis modis, utpote ſi quis de fundo ui eiiciatur, aut res mobilis ui eripiatur, ut ff. de uſucapio. l. collateraliter. Si furto auferatur, ſi res poſſeſſa derelinquatur, ſi flumen rem poſſeſſam inundauerit, ut ff. de acquirenda poſſeſ. l. qui uniuerſas. Si res medio tempore, ante ſcilicet completam præſcriptionem debitoris uel extranei a creditore ſine uitio ſit detenta, ut C. de præſcript. triginta annorum. l. cum no. §. Imo & illud. Poteſt etiam appellari naturalis interruptio, quæ fit per interuentum pupillaris ętatis, quo ſolo caſu deducto tempore pupillaris ætatis, poſſeſſor utraq; ſua tempora coniunget, ut C. de præſcript. triginta an. l. ſicut. Similiter quoque pluribus modis interrumpitur præ-

ſcriptio,

ſcriptio,litiſcōteſtatione, cōuentione facta per exe cutorem.l.præſcripta.§.ſecundę. Fenoris, uel partis debitæ ſolutione,ut C.eod.l.cum fidem. Querimonia ſimpliciter coram præſide uel epiſcopo locorum facta, aut ſi horum copiam non habuerit, ſed cum ſubſcriptione tabellarii, aut trium teſtium ſi deſit tabellarius. Et ſic interrumpitur tantum in quatuor caſibus. Sed ſi abſens ſit poſſeſſor,uel in poteſtate conſtitutus,uel laboret furore,uel infamia, ut C. de annali excep.l.ut perfectus. Libelli principi oblatione, & ad reum facta ſubſcriptione, ſed hoc in annalibus, & prætoriis tantum actionibus, ut C. quando libell. princ.ob.lege.2.

De dilationibus. Cap. 21.

SAepisſime quoque in iudiciis dilationes poſtulantur. Petuntur autem gratia teſtium abſentium, ſiue inſtrumentorum. Dantur uero ſi urgentisſima ratio flagitauerit, & necesſitas deſideratæ inſtructionis exegerit; ſed ſub tali moderamine, ut ſi ex eadem prouincia, teſtes aut inſtrumenta deſiderentur tres menſes, ſi ex uicinia, ſex menſes indulgeantur. Sed ex tranſmarinis partibus, nouem tribuantur, ut C.eod.l. 1. Cauſa tamen cognita prędictæ dilationes minuuntur, ut C. eod. l. ſiue. Iure uero authentici dominum in iudicio nominatum, in iudicium deducat, ſub aliquo moderamine indulgetur dilatio, ut ſiquidem ſit uicina prouincia, ubi lis agitur, una uel duabus manſionibus in medio conſtitutis, & ex ea domini deductio deſideratur, quatuor menſes dentur. Si uero ſit maius ſpatium, ſex menſes indulgeantur. Si uero ex Paleſtina,uel gentium longinquarum prædicta petatur dilatio, ſeptem menſes cuſtodiantur. Si uero ex Heſperiis aut Septentrionalibus partibus aut Lybia, tunc tempus a

prioribus

prioribus legum latoribus determinatum,id eſt,nouem menſium ſequatur,ut in authen.V.omnis.Secundũ hanc formã arbitrãtur quidã dãdã dilationẽ producendorum teſtium abſentium uel inſtrumentorum gratia. Sicque per authẽ.legem correctam. quod utrum uerum ſit,ſub quęſtione relinquo. Si uero, qui te per ſacrum oraculum extraordinarium uocauerit iudicium dilatione denegata,tibi ad arguenda precum mendacia, & ad proferenda inſtrumenta,uel teſtes,dilatio indulgetur,cum inſtructus eſſe non potuiſti,qui propter ſpem ad aliena protrahebaris iudicia, ut C.eodẽ. l. ſi quando. Cum autem ad appellationem, ſiue ad conſultationem reſcribit Imperator, ſiue priori iudicio ſit data, uel non ſit data, dilatio amplius non dabitur actori, ſicut nec cum ipſe cognouit, de cauſa delata ad ipſum per appellationem, ut C. eodem l.cum a nobis. Sed nec in cauſa adulterii, ut ff.de adulteriis.l.in crimine.In teſtimoniis,præterea ea cauſa, ſolummodo dilatio indulgeatur actori, quæ intra reſtitutionis tempus coarctatur. In ciuilibus uero cauſis nouerit iudex,non facile amplius, quam ſemel tribuendam dilationem. Plane & in criminalibus actori duæ, reo tres cauſa cognita indulgeantur dilationes, ut ff.eodem.l.ultima.Iure autem authenticorum poſt omnes legitimas inducias,altera parte renunciante ſuis allegationibus,altera non uolente poſt ſpatium triginta dierum indultum ad ſuperandã illius malitiam,primo unius,dehinc alterius menſis indulgetur dilatio,ut in authen. Sed hoc iubemus.

De compenſationibus. Cap. 22.

Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio,ut ff.eo.l. Et iam quod &c.Sæpe autem

autem rei conuenti, ad compenſationis decurrunt adminiculum. Compenſatur debitum, quod utroque iure debitum eſt: ſed & illud quod natura debitum eſt, ſi tamen ſic debitum eſt, quod ſolutum non repetitur, utpote ſi pacto nudo ſit debitum uel ex teſtamento minus ſolenni, ut ff. e. l. etiam quod. Quod alii debetur, eo & cui debetur nolente, alius non compenſat, ut C. eo. Eius ſubſcripta. Hoc autem intelligimus niſi ſit alius ille idem per iuris interpretationem: ut pater, filius, dominus, ſeruus, ſocius: fideiuſſor quoque, quantum ad hanc cauſam idem intelligatur, ut ff. eo. l. V. Hodie uero fit ipſo iure, ſi tamen obiiciatur & obiecta non reprobetur, ſitque cauſa liquida ſtatim niſi poſt multa certamina fit, etiam ſi debeatur ex cauſa negotii, ſiue ex cauſa maleficii ordine. Omni nanque actioni obiicitur preterquam depoſiti & ui bonorum raptorum, ut C. eod. l. ultima. In quantitatibus uero habet compenſatio, nec in ſpeciebus, niſi uentum ſit ad eſtimationem per earum interitum, uel deteriorationem. Illud autem non eſt incognitum, quod ſi uni petitioni ſit deſtinata compenſatio, forte pluribus actionibus ab initio propoſitis, uel una ab initio & altera nondum finito iudicio. Ceteris illis petitionibus non erit uariando obiicienda, ut ff. eodem. l. idem.

De ſolutionibus: Cap. 24.

SAEPE preterea rei in iudicio conuenti, quod petitur, ſolutum contendunt, ſicque obligationem ipſo iure diſſolutam eſſe. Hoc uero contingit, uel uera facta ſolutione, uel imaginaria, id eſt, acceptilatione. Vera autem ſolutio procedit, eo ſoluente, qui debet, & cui debet, & quod debet. Alius tamen pro alio ſoluens, etiam ignorantem & inuitum liberat, ut ff. eo. ſoluere. Si uero, cui

cui debetur, eſt ſoluendum, etiam reo criminis poſtulato preterquam læſę maieſtatis. Alioqui plerũque inſontes fame perirent, ut ff. eod. Res. Procuratori tamen recte ſoluitur, ſi liberam habeat adminiſtrationem & generalem: uel ſi ei ſpecialiter ſit mandatum. Prorſus autem alii, ut adiecto, recte ſoluitur ſi ſtipulator uetuerit, ne tamen litem conteſtetur, quia poſt litiſconteſtationem ei non recte ſoluitur, ut ff. eodem. l. uero. Tutori quoque, & curatori etiam non gerentibus, recte ſoluitur, ut ff. eodem. l. quod. Litis uero procuratori non recte ſoluitur, niſi & hoc mandatum contineat. Non procuratori, non recte ſoluitur, ut ff. eodem. l. hoc iure. Item pecuniam debens, & pecuniam non habens, aliam rem ſoluens liberatur, niſi creditor maluerit eius rei emptorem pręparare idoneum, ut ſic eidem re ipſa diſtracta pecunia ſoluatur, ut C. eodem. l. niſi debitor. Eadem quoque ratione debenti octo marcas argenti, non habenti licitum erit, ſoluere marcam auri. In poteſtate autem eſt debitoris ex pluribus cauſis, uel una uſuraria debentis in ſolutione exprimere, in quam cauſam uelit eſſe ſolutum, ut ff. eodem. l. i. §. quoties. Exprimere autem debet dum res agitur, in ipſa ſcilicet ſolutione, uel antea uel poſtea, ſed in continenti, ut C. de uſuris. l. ſi uſuras. Ceterum neutro uoluntatem ſuam expriment a lege diſponitur, ut ſcilicet in duriorem cauſam accepto feratur. Durior autem cauſa exiſtimatur uſuraria quam non uſuraria. Item ex qua quis debitor eſt ſuo nomine, quam alieno, puta fideiuſſorio. Ex qua quoque debitor eſt cum ſatiſdatione, quam ſine ea. Item ſi debetur ex famoſa cauſa, durius eſt. His quoque ceſſantibus, antiquum debitum durius eſt, ut ff. eodem. Et magis. & l. in his. Si uero ex una cauſa ſed uſuraria debeatur, minimi ſimpliciter ſoluti in uſuras debitas

accepto feruntur. Quod uero reſiduum erit, ſortem extenuabit. Sed ſi adhuc quid reſiduum fuerit, in uſuras indebitas accepto feratur, ut ff. eodem. l. 5. §. Imperator. Debitas autem intelligimus uſuras, quę ſtipulatione debentur: indebitas uero, quę ſo lo pacto debentur. Si autem in uſuras expreſſim facta ſit ſolutio, & ſint uſurę debitæ & indebitæ, quod ſolutum eſt æqualiter ad utrunque cauſam ſpectabit, ut ff. eodem l. 5. §. Si ſimpliciter.

De acceptilationibus. Cap. 24.

Acceptilatio quoque ſolutio eſt ſed imaginaria. Eſt autem acceptilatio uerborum conceptio quibus per interrogationem & reſponſionē debitoris & creditoris contingit ab eo. nexu liberatio, ut ff. eodem. l. ſane & ſic. Erit uero ſic: habes ne acceptum, quod tibi debeo? habeo acceptumque fero, ut ff. de ſtipulationibus. l. ſane. Accepto fertur obligatio ſolummodo uerbis tracta. Nempe quę uerbis obligatur, contrariis uerbis diſſoluitur, ut ff. de acceptilationibus. l. an inutilis. Illud autem dubium non eſt, quod omnes obligationes quoquo modo contractę poſſunt in aquilinā ſtipulationem deduci. Sicq; poſtmodum per acceptilationem tolli, ut C. de acceptilationibus. l. 3. per Aquilianam.

De confeſsis. Cap. 25.

Nonnunquam rei in iudicio conuenti confitētur, & ſiquidē in iudicio fiat, parti preiudiciū. Nam in loco condemnationis eſt, utpote ſi cōfiteatur ſe certā ſpeciem debere, uel quantitatem. Et datur confeſſo tempus quadrimeſtre, & infamia irrogatur, & parit actionem in factum, ac ſi iudicatum eſſet, ut ff. ex quibus cauſis infamia irrogatur. l.

quoniam.

quoniam.& l.certum. Si uero confiteatur ſe deliquiſſe,uel contraxiſſe,ut ex eo contractu incerti ſit debitor,condemnationem inducit. Idem etiam in cauſa criminali,ut ff.de inter.act.l.qui interrogatus.Et hęc omnia uera ſunt,niſi confeſſio ſit exorta per metum, uel per errorem, uel aduerſario abſente: uel niſi ſit contraria iuri uel naturę: ueluti ſi confiteatur ſe illum occidiſſe, qui non eſt occiſus,ut ff.de quęſtionibus.l.diuus,& l. ſi quis ultro. Si uero extra ius confiteatur,& ad ſe obligandum, & in ultima uoluntate, ſtatur confeſſioni,ſi ſit ſacramento ſubnixa,ut ff.de legatis iii. Si uero non ſit ſubnixa,non præiudicat, niſi præſumatur ex ore teſtantis habere uim fideicommiſſi. Tunc enim non agetur ex cauſa debiti,ſed fideicommiſſi,ut ff. de dolo.l.ex hac,& de legatis 2.l.Lucius. Si uero ad liberandum alium à ſe & in ultima uoluntate confiteatur,præiudicat confeſſio, ut C.de falſa cauſa adiecta. l.1. Hæc omnia locum habent,ubi non eſt facta confeſſio ſolennis per ſcripturã. Si enim ſoléniter hoc modo cõfiteatur nec cauſa adiiciatur, nõ preiudicat cõfeſſio.Sed alius ſi obtinere uoluerit,debitũ ꝓbare cõpellitur,ut ff.de ꝓbat.cũ uidebitur.Si uero cauſa numerationis adiiciatur,nõ fit p̃iudiciũ intra bienniũ: qa obiicitur exceptio de nõ numerata pecunia. Si uero aliã adiiciat cauſam,& uetuſtioré,ut depoſiti,uel uẽditiõis uel emptionis ſtatim ſibi pręiudicat,nec auditur,niſi ꝓbauerit cõtractu ꝑ arguméta ſcriptis inſerta:quia nimis indignũ iudicamus,ut ꝙ quiſque ſua uoce dilucidẽ pro teſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, ut C. de non numerata pecunia.l.generaliter. In aliis ſecuritatibus, utpote in Apochis ſuper recepto poſt triginta dies,ut C.de non numerata pecunia in cõtractibus. His itaque modis ſolennibus per ſcripturam confeſſio parit præiudicium.Cæterum qui propriam ſcripturam qua conuenire,uel numeratio

nem

nem inficiatur, conuictus in duplum condemnatur niſi illato ſacramento confiteatur. Tunc enim non punitur, niſi circa expenſas circa probationes factas actoris ſacramento declarandas. At ſi poſt numerationis inficiationem prætendant ſolutionem, omnino inſolidum exigitur: nec prodeſt iam facta ſolutio. Econtra, ſi literas ſuas a reo prolatas actor neget, eadem fit & pœnæ & iuſiurandi forma. Hac pœna curatori infligenda, ſi de ſuis literis quæſtionem referat in cauſa eius, qui curat, ut in authentica de triente & ſemiſſ. §. ſtudium.

De officio iudicis poſt litem conteſtatam, deque ſententia ferenda. Cap. 26.

POſt litis autem conteſtationem nunc actore rei accuſante abſentiam, nunc econtra negotia protelari contingit. Alterutra tamen parte ceſſante cauſam peragere, iudicis non ceſſabit officium. Et ſi quidem actor ceſſauerit quatenus reus mupltiplici dilatione fatigetur, & actoris accuſet abſentiam: Citetur a iudice legitime ſcilicet trinis edictis, decem dierum ſpatio unicuique edicto deſtinato, ut per ſe ueniat, uel inſtructum procuratorem. Si autem nec ſi uenerit, iudexque actis apud ſe confectis inſpectis, nil ſufficiens de cauſa actitatum inuenerit, ex quo tunc cauſæ fieri poſſit certa cōiectura reum obſeruatione iudicii relaxabit, actorem etiam condemnando in omnes expenſas, quæ conſueto modo circa lites expenduntur, quantitate earum ſacramento rei manifeſtanda redditis cautionibus iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, a reo expoſitis, quæ etiam ſi remanſerint, uiribus carebunt. Si autem ex geſtis apud ſe habitis iudex ſit inſtructus, ut ter-

minum cauſæ poſsit imponere, tunc definitiuam ferat ſententiam. Et ſi quidem reum condemnauerit, cum forte meliorem cauſam actorẽ habere perſpexerit, expenſas, quas reus circa litem ſe feciſſe ſacramento declarauerit, de condemnatione decliner, & hoc quidem in penam contumaciæ actoris contra regulam, qua uictus uictori condemnandus erit in expenſis. Hæc uero ſentẽtia condemnatio ipſius rei abſolutionis inſtante fine triennii ferenda erit. Id tamẽ quod dicitur abſolutione rei ſiue caſu actoris ab inſtituta actione, deq; decem dierum ſpatio unicuique edicto deſtinato innouationem recipit per authent. omnem. Si autem reus abſfuerit, & ſimilis eius proceſsit requiſitio, ſi uenire diſtulerit auditis allegationibus præſentis, non differat iudex actorem mittere in poſſeſsionem, & abſentem conſtituere petitorem. Sed hoc, ſi de cauſa ſufficienter actitatum non fuerit, ut C. de iudiciis: properãdum. Si uero de cauſa ſufficienter ſit actitatum, tunc contracto iudex heremodicio, id eſt, deſerto iudicio & abſente legitime uocato non dubitet proferre ſententiam, pro abſente, ſi meliorem cauſam eum proſpexerit habere, cum eius abſentia terribilibus propoſitis ſcriptis repleatur dei præſentia. Quidam tamen ſimpliciter, & indiſtincte dicunt: cum reus abſfuerit contrahendum eſſe heremodicium, ſecundum ueterum legum autoritatem, & definitiuam ſententiam ferendam, & ad effectum producendam ipſius rei & facultatibus & rebus ſi pro actore lata fuerit ſententia. Hanc autem ſententiam uidentur indicare uerba huius legis. Veteres leges autem illæ reperiuntur, ut ff. de iudiciis. l. 3. in peremptorio, & l. ſi prætor. Hæc autem omnia intelliguntur, ſi contumaciter abfuerit, nec reuerſus ſi ex iuſta cauſa abfuiſſe probauerit. Auditur uero hæc probans, ut reſtituatur, ut ff. de minoribus ait prætor. Contumaciter ue

ro abſenti in omni caſu denegando appellationis remedio, ut C. quorum appellationes non recipiuntur.l. eius. Cæterum ſi reum legitime citatum abeſſe contigerit ex neceſſitate, condemnatus reſtituatur ad totius cauſæ defenſionem, ut C. de procuratoribus.l.quia.& ff. ex quibus cauſis in integr. l.1. & 2. Si autem ſola uoluntate abfuerit in defenſus,reſtituatur ad appellationem,ut C. quomodo & quando iudex.l.ab,& de liberali cauſa,l. ſi is. Et ſi defenſus fuerit, & procurator non appellauerit,difficile eſt,ut hic reuerſus audiatur, ut ff. quando appellandnm ſit,l. 1.& ultima. Huiuſmodi autem ſententia condemnationis rei præſentis actore abſente prope trienium feratur. Sic & ſententia abſolutionis rei præſentis actore præſente. In ſententia enim abſolutionis rei præſentis, & caſu actoris ab inſtituta actione, quod idem anni ſpatium, & trium menſium, ut in authenti. ſuperiori erit obſeruandum. Ante finem uero trienni alterutra parte ceſſante, in ſola expenſarum datione & abſolutione, ab obſeruatione iudicii feratur pœnaliſſima. Non autem definitiua condemnationis ſententia in abſentem. Ex hoc uerbo dicebat P. contra abſentem parte quacunque triennii poſſe ferri ſententiam. Eodem quoque modo abſenti perſonæ ligitime citatæ reuerenti laudatur copia, niſi prius omnes expenſas & omnia damna aduerſario inflicta ſacramento eius declaranda reſtituat, ut C. de iudiciis. Sane minus. Si uero alterutra parte præſente ſiue utraque, ſententia feratur, uictus uictori condemnetur in expenſas, niſi cum uictor per contumaciam abeſt: quo caſu fit deductio, ut ſupra oſtendimus l. properandum. Si uero de expenſis & fructibus in ſententia omiſerit, eodem die ſupplere poterit,ut ff.de re iudi.l.paulus.Sic quoq; altera parte præſente, altera uero abſente, uel utra-

que parte præſente, cum ſatis de cauſa fuerit actitatum, iudex ueritatem & legum, iuſticiæque ſequens ueſtigia, ſecundum quod iuſtum fuerit ui ſum, pronunciabit. Idipſum nanque ab initio ſuo ſacramento comprehendit, cum deſtinati ſibi cinguli honorarios percipit codicillos, ut in authen. Porro iudex non ſubitam, ſed deliberatione habita poſt negotii diſcusſionem, ſententiam debet in corde ſuo formare, formatã ſcripturæ mandare, ſi quid uitii contineat emendare emendatamque partibus cominus conſtitutis ore proprio legere & recitare. Et quidem deliberare debet non aduocatis ſed aliis accitis. Nam & Imperator Antonius remotis aduocatis deliberauit, ut ff. de his quæ in teſtam. debentur proximæ. Lites autem proximæ & maxime uilium rerum ſine ſcriptura decidi poſſunt. ut in authen. de mandatis princip. Epiſcopus quoque ſine ſcripto decidere poteſt, ut in authen. ut clerici apud proprios Epiſcopos. Reſcindere uero & reuocare ſententiam ſuam iudex non poteſt. Reliqua uero quæ ad ſtatutorum conſequentiam pertinent, ſi deſunt, utpote circa condemnationem expenſarum ea die ſupplere poteſt, ut ff. de re iud. Paulus. Reuocatur tamen quandoque ex iuſtisſima cauſa & mirabili diſpenſatione, utpote ſi abſens legitimæ uocatus condemnetur. Illeque perſeuerante figura iudicii remeauarit, & prætorium iudicis adierit, ſeque audiri poſtulauerit, ut ff. de reſtitutionibus. l. Diuus Antonius. Licet autem iudex qui ſemel ſententiam tulit poſtea iudex eſſe deſinit, ut amplius ſententiam ſuam corrigere non posſit tanquam ſenili officio ſuo ſiue bene ſiue male functus. Si tamen mulctauerit, & paupertas codemnati minorem multam irrogari, ſuaſerit ſententiam ſuam corrigere, ſicque in melius reformare permittitur, ut ff. de officio præſidis illicitas. §. ultimo. Sordibus uero iudex abſtineat, etenim

etenim ſi pretio deprauatus aut gratia perperam iudicauerit, ęſtimationis diſpendium patietur, & in litis diſcrimine erit ei obnoxius, quem ſua læſit ſententia, ut C. de pœna iudicis qui male iudicauerit. De eo. & l. ſi filiusfamilias. ff. de iudiciis. Litigator quoque ſi iuſtæ ſententiæ diffidentia iudici uel ei, qui pro domino litis contra ipſum litigat dando in pecuniæ corruptelam ſpem negotii reponit, ſententia iure amittat actionem, ut C. quando prouocare neceſſe non eſt. Sicut & lege. Tenet itaque ſententia ſi lata fuerit, ut ferri debet. Lata quippe ſententia contra ſacras conſtitutiones, uel contra rem prius iudicatam, uel contra ordinem iudiciorum ut ſi non procuratorem ciuiliter litigantem, ſed dominum condemnauit. Velut ſi peremptorio non miſſo tribuſue pronuntiationibus, quæ loco peremptorii ſufficiunt, niſi conſtet de contumacia non tenet, ut Codice de ſententiis & interlocu. l. 1. & 4.

Quod ſententia non teneat. Cap. 27.

Item non tenet ſententia, ſi alio die, uel loco quam ſtatuto, uel minus honeſto loco lata ſit, quando prouocare neceſſe eſt, ut C. cum nō eo. quomodo & quando iudex ſit, ut C. de ſenten. & interlocu. contra ſententiam. Sed nec tenet ſententia lata, ex falſis atteſtationibus, uel falſis inſtrumētis, de quorum falſitate prius ſententiatum non erat. uel lata a corruptis iudicibus, uel per corruptos teſtes, multo magis ſi per corruptos & falſos, ut ex falſis inſtrumentis. l. 1. & 2. C. quando prouocare, ne non & uenales, & ff. de re iudicata. Diuus Adrianus. In quibus caſibus non tenet ſententia, nec opus eſt appellatione. Data uero ſecundum leges tranſit in auctoritatem rei iudicatę. Res autem iudicata tunc dicitur, cum

nullo iuris remedio poteſt attentari. Eiuſque eſt magna authoritas, nanque pro ueritate accipitur, nec facile retractatur, quia nec occaſione nouorũ inſtrumentorum poſtea repertorum niſi ciuiliter agitur, ut C. de. iudic. Sub ſpe;& ff. de penis. Diui. Sanè ſi criminaliter actum fuerit prætextu nouorũ inſtrumentorum a principe retractatur, ut ff. de pue ris. l. Diuus. Retractatur quoque ſententia lata in publico negotio propter noua inſtrumenta reperta, ſed infra terminum, poſtea uero non aliter, niſi præuaricatio uel fraus manifeſta arguatur, ut C. de ſententiis aduerſus fiſcum latis. l. i. Mandatur quoque ſententia executioni hoc ordine, quia primo capiuntur mobilia, & ſe mouentia, & per executores uenundantur, ut uictori ſatisfiat. Si hec non inueniuntur, uel non ſufficiunt, ſecundo capiuntur immobilia. His deficiẽtibus peruenitur ad iura, uel ad nomina, uel ad ipſa uenundentur, uel per ea id quod debetur extinguatur, ſiue ab executore, ſiue a iudice, ſiue a creditore miſſo in bonis quaſi poſſeſſore. Ita tamen fiat exactio ſi is debitor conuentus debitum non neget uel id agat malitioſe, ut ff. de re. iud. a Diuo. §. Sic.

De appellationibus. Cap. 28.

APpellandi uſus quàm ſit frequens, quamquam ſit neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, quippe cũ iudicantium impunitatem, & imperitiam corrigat. Licet nonnunquam ſententias bene latas in pœnis reformet, ut ff. de appellationibus. l. i. appellandi. Pro eo etiam, qui ad patibulum ducitur, licet inuito conſule, auditur quilibet appellans, ut ff. appell. ab execu. & l. a ſententia, & l. non tantum. Seruo quoq; criminaliter condemnato dominus, uel quiuis pro eo poterit appellare. ipſi tamen ſeruo iuſtæ appellationis auxilio non denegando, ſi dominus

uel

uel alius pro eo appellare noluerit, ut ff. eo. l. ſerui. Sed & mater filio condemnato ex pietate ad appellationem admittitur, licet ab initio defendere cauſam non potuit, ut ff. de appel. recipiendis. l. i. Sed & pater filio condemnato cum ex libertinitate procla mat, ad ingenuitatem pater appellare permittitur, ut ff. eod. l. 2. Is itaque cuius intereſt, uel cui mandatum eſt a domino litis, uel qui negotium gerit, quod mox reus ratum habet, auditur appellans. Procurator nanque quia ſua litis conteſtatione dominus litis effectus eſt, procuratorem ad appellandum conſtituere poteſt, ut ff. eodem, ab executore in fi. l. tenet. Ab illa ſententia appellari debet, quæ quaſi lata contra ius litigatoris. Porrò ſi lata eſt contra res prius iudicatas, a quibus non eſt prouocatum, non tenet. Ideoque appellare non eſt neceſſe. l. v. & 2. ff. quæ ſententia ſine appel. reme. Idem quoque erit ſi ſententia uenalis a corrupto iudice lata fuerit, per corruptos teſtes, uel contra ſolitum ordinem iudiciorum, ueluti ſi non procurator litigans, ſed dominus litis, uel non legitimæ ætatis dãnetur, ut C. quando prouocare non eſt neceſſe. l. uenales. Item ſi non publice, ſed in ſecreto loco abſentibus officialibus pronunciauerit uel non eo die, quo iudex cognitionem cauſæ delegans præceperit, ſed ulteriori prouocatione non eſt neceſſe, ut C. de ſententiis, & interlocutioni. l. cum ſententiam.

FINIS PRAXIS OTHONIS de ordine Iudiciario.

BARTHOLOMAEI BRVNATII DOCTORIS ERVDITI

PRAXIS OMNIBVS vtilis ac neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 Iudicium incipit à citatione.
2 Contra abſentem & non citatum. quis tacite uel expreſſe procedere non poteſt, & proceſſus eſt nullus. num. 3.
4 Si quis ſine citatione accidentaliter ex alia cauſa iudicio adſit, nũquid tenebitur reſpõdere petẽti.
5 Comparatio eſt citationis effectus.
6 Qui ſcit: certificari non oportet.

ERGO a prima parte iudiciorum ideſt a citatione inchoandum.
1 † Nam inde omne principium inſtituendarum actionũ progreditur, vt inſtit. de pe. teme. lit. §. omnium, cuius ratio
2 eſt. † Quia de ordine iuris eſt, ut procedere non debeatur contra abſentem non citatum tacitè, uel expreſsè, ut notatur: extra de procurato. ca. in noſtra. Nam hoc iure utimur: ne abſens dânetur: inaudita enim cauſa quemquam damnari ratio æquitatis nõ patitur.
3 † Hinc eſt, quòd proceſſus contra ſic abſentem factus nullius extat momenti. C. quomodo & quando

do iudex.l.ea quæ de accu.l.4. quia contra non citatum,non conuictum,nec confeſſum, nec teſtibus nihil eſt ordinādum.extra de maio.& ob.inter qua
4 tuor;expedit ergo ut quis citetur.† Sed quid ſi ſine citatione accidentaliter ex alia cauſa iudicio adſit:nunquid tenebitur reſpondere petenti:ex prædictis uidetur quòd non:imo uidetur habere ius reuocandi domum.ff.de iudi.l.2.Et quia expedit eius quærere aduocatum:ut cum concluſio.reſpondeat. ff.ex qui ca.ma.l.ſi ab hoſte in fi.e contra quòd ſic.
5 † Nam ideo citatur,ut compareat: quia is eſt citationis effectus.l.comparitio:ſed circuitus eſt euitandus. ff.de conditione indebiti. l. dominus teſtamen
6 to: & quia † qui ſcit:certificari non oportet ut l.i. vt l.i.in fi.ff.de actio.em.debet.n. emptor & tenetur denūtiare uenditori in iudicio euictionem:tamen ſi ſciat uenditor:ſatis eſt:ut not. C.de act. emptio.l.emptor fundi reus.

SVMMARIVM.

1 In citatione facienda conſiderabit aduocatus actoris ne citari faciat patrem uel patronum ſine uenia alias filius uel libertus luit pœnam.l.
2 Nihil enim eſt quòd magis hominibus debeatur quam acta ſeruari.
3 Maiores magiſtratus durante officio citari non debent.
4 Infirmus citatus in iudicium ire non compellitur.
5 Seruus in iudicio eſſe non poteſt.
6 Qui ad maius tribunal uocatur ſi per alium fuerit citatus nō tenetur comparere:item nec ille qui equo publico uehitur & dum ſacra miniſtrat & qui funus familiaris ducit & dū ducit uxorē.n.7
8 Citatio in die uel ad diem feriatam, eſt nulla & reus non tenetur comparere.nu.9.
10 Citatio debet fieri iudicis mandato aliter non ui

detur

detur legitima immo nec nũtius aliter poteſt citare, nec etiam alius quia puniẽdus eſt de falſo.

11 An per quemlibet nuncium poſſit fieri citatio.

12 An hodie nuncio credatur.

13 Citatio ad domum an ſufficiat.

14 Si ultima dies termini comparitionis fuerit feriata admittitur in ſequenti.

15 Si fuerit citatus procurator debitoris an ex hoc dominus erit cõtumax. ſi nec ipſe nec eius procurator comparet.

16 In abſentia domini ſufficit citatio procuratoris quem admiſit.

De modo citandi.

1 IN † citatione autem facienda conſiderabit aduocatus actoris: ne citari faciat patrẽ: uel patronum ſine uenia: alias filius: uel libertus luit penam. l. aureorum. C. de in ius uocando. l. 1. & 2. Idem eſt in pena conuentionali: ſi forte actor promiſit non conuenire reum ſub certa pena & maxime in pena compromiſſi. Nam facta citatione: pœna uidetur committi. C. de pac. l. ſi pacto quod pe

2 na & ff. de arb. l. ſi rem. † Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur quam pacta ſeruari, ut l. i. ff. de pac. & graue eſt fidem fallere. ff. de conſtit. pecu. l. i.

3 † Item caueat ne citet magiſtratum maiorem: quia durante ſuo officio citari non debet. ff. de in ius uo

4 can. l. 2. † Item nec citet infirmum: ſeu ualitudinariũ: quia infirmus tali infirmitate: qua a rebus ſuis audcetur ire non compellitur. Nec ẽt tenetur procuratorẽ mittere. ff. ſi quis cautionibus. l. 2. ff. de iu

5 diciis. l. interdum. de re iudi. l. quæſitum. † Item nec citet ſeruum: quia ſeruus in iudicio eſſe nõ poteſt.

6 C. de iudiciis. l. ſeruus † Item non citet illum: qui ad maius tribunal uocatur: quia excuſatur. ff. de re

7 iudicata. contra pupillum. §. is qui. † Item

nec

nec citet illum:qui equo publico uehitur: Et dum ſacre miniſtrat. & qui funus familiaris ducit & dū: dicit uxorem:& in alijs caſibus notatis.ff. de in ius
8 uocādo.l.2.† Item nec citet reū ut compareat die: quę ſit feriata:puta die craſtina uel die tali nam: citatio eſt nulla in die uel ad diem feriatam ff. ſi quis in ius uocatus non ierit l. 3: unde reus
9 non tenetur comparere : ut ibi. † Item ſi citatio fiat in die feriata: non ualet. C. de feriis. l. omnes. quod poteſt dici uerum : ſi citatio fiat die feriata:ut illa die compareat ſecus enim uidetur:ſi die feriata fiat ad diem nō feriatam in quo:uel ad quem uidetur ualida citatio. ar. ff. de dona.inter uirum & uxorem.l. inter eos. & de oper.no.nunc.l.i.§.nuncupatio.Et hoc tenet Dy
10 nus:& approbat conſuetudo.† Queri pōt quomodo fiat citatio:dic ꝙ iudicis mādato : aliter non uidetur legitima. ff.de in ius uocādo.l. ſed ſi hac. §. ꝑtor.ff.de requirendis reis. l.nemo.immo nec nuncius aliter poteſt citare: nec etiam alius: quia puniēdus eſt de falſo.de fal.l.q. nomine. Ex conſuetudine tamē ad petitionem cuiuſcunq; citat nuncius ſine iudicis mandato : Et ualet citatio.arg.l. mini
11 me.ff.de legi.†An autem per quēlibet nuncium:& dic ꝙ non : ſed cōmunitatis:uel iurati.arg.ff.de re. eo.l.magis.§.ne autem.extra de offic.deleg.c. pru-
12 dētiam.circa princi.† An autem huic nuncio credatur.uidetur ꝙ non. C.de accuſa.l.ea quidem. & de decurio.l.i.ff.de offi.pręfec.urb.l.1. §. quies.ſed ſciendum eſt ꝙ uocatus ei credere debet: ut. ff. de cuſto.reo.l.diuus. & extra de appella. comparati.Sed nūquid pōt contradicere: ſi non uult ei credere:ut ſi quis dicat:ſe nō fuiſſe citatum:&uelit oſtēdere contrarium:dic ꝙ auditur:ut.4.q.3.c.teſtes. & ibi plena glo.extra de ſent. excom. c. uenerabili bus.lib.6.in glo. quæ incipit : cū ita &c.erunt ergo in hoc ualide ꝓbationes:ſecūdum Goffreddum pro

ducende:

ducende: ut in auctenti.de eccleſ.titul.§.ſinautem pro emptione. colla. nona. Et inſtituta de inutili
13 ſtipula.§.uero. † Vtrum autẽ ſufficiat citatio ad domum. Et uidetur ꝙ non nam oportet ꝙ citatio perueniat ad noticiam citati. ut ff. quę ſententię ſine appella. reſcin.l.§.cũ ex decreto.maxime quum citari poteſt perſonaliter: tunc enim perſonaliter eſt citandus: ut.d §.cum ex decreto. ſed dic quod ſi nũcius perſonaliter eũ inuenit:debet perſonaliter eum citare ſi non ſufficit citatio ad domum. C. de annali except.l.ut perfectus. ff. de damno infect.l. 4. §. totius. ſed de conſuetudine hodie ſufficit ci-
14 tatio ad domum. † Vnde ex prædictis quidam dicunt: quod ſi ultima dies termini comparitionis fuerit feriata quod admittitur in ſequenti. ut. ff. ſi quis cau.l.4.§.3.iam ergo illa die iudicio copiam habere non potuit: ergo illa dies ſibi non obſtat ar.ff.de cond.& demonſt.l.quibus diebus: uel ſi obſtat tamen reſtituendus eſt.ff.ex quibus cau. mai.l. ſed & ſi per prætorem. §. magiſtratu. ſed ſecus uidetur quia etiam dies feriatus non excipitur a dilatione imo in ea computatur: ut.l.ſiue pars.§.feriæ.ff.de dila.quia feriis. ſolennibus potuit prouidere:& debuit: ut.l.ſed & ſi per pretorem.§.fer.unde ſibi imputet: qui tantum ſe artauit. ff. ſi quis
15 cau.l.2. † Sed quid ſi citari facio procuratorem dibitoris mei: an ex hoc dominus erit contumax: ſi nec ipſe:nec eius procur.comparet. & uidetur legitima citatio ſolius procura. C. de procura.l. eum qui.& de uerbo. obl. l. ſi excipit. Item quia ſufficit procuratori denuntiari. ff. quod ui aut clam. l. ſi quis eum aliter.§.1.de tributo.l.procu. & extra ut l. non conteſt. accedens. econtra ꝙ non quia denunciatio facta procuratori non nocet domino. ff. de peti.he.l.item ueniunt.§.petitam autem heredi-
16 tatem.& no.extra.de poſtu.c.pen. † Vnde uidetur dicendum quod in abſentia domini ſufficiat cita-

ti procur. quem dimiſit. l. item ait. §. hec autem ff. ex quibus cau.ma. ibi quum habueris quem conuenias: alias dominus: ſi uero nec ipſe procuratorem dimiſit: ſi eſt ad contumaciam contra eum procedendum: ut extra de do. & contu. c. cauſam quæ quando autem procurator eſt factus dominus litis per conteſt.li. ſufficit citari ipſum, & non dominus: qui non ſe intromiſit de procura. l. procuratoribus & extra.eo.c.pe.

SVMMARIVM.

1 Iudex pedaneus de minimis tantum cauſis cognoſcit.
2 Excommunicatus iudex eſſe non poteſt. Item nec infamis nu.3.
4 Minor.25.an. non poteſt eſſe iudex. uel cecus ſeruus. nec furioſus nec iudæus, hæreticus. uel credens hæreticis.
5 Incompetens iudex non poteſt iudicare.
6 Latrunculus iudex de re pecuniaria cognoſcere non poteſt.
7 Clericus coram iudice ſeculari non tenetur comparere. nec poteſt citari. fallit in cauſa reconuentionis & tenet iudicium. nu. 8.

De competentia iudicis.

ADuocatus uero ex parte rei conſideret primo citationem factam de clientulo ſuo: contra quam poterit excipere ſecundum ſupradictum modum, dum conſideret perſonam iudicis citantis, ſeu coram quo citatur & obicit forte.
1 † Quod eſt iudex pedaneus qui de minimis tantum cauſis cognoſcit ut. C. de pedaneis iudicibus
2 l.1.† Item ſi ſit excommunicatus: quia iudex eſſe nõ poteſt. extra de excep. cap. exceptionem in fi.

uel

3 uel quia eſt infamis. † Nam infames iudices eſſe non poſſunt,nec debent habere dignitatem. C. de
4 infamibus l. iudices & l. famoſas. † Vel quia eſt minor uigintiquinque annis ut.ff. de iudeis l. cum pretor:uel quia eſt ſeruus cecus,uel furioſus ut di. l.cum pretor, uel quia eſt iudeus: uel hereticus uel credens hereticis, ut. C.de iudeis l. ultima & deberet l.fi. uel amat gazaros & prout in ſpec. de
5 iude. † Item oppone,quod eſt incompetens iudex ut ff. de iuriſ.omni. iudi. l. fin. quia tunc homo priuatus eſt ff.de offi. prefecti dicam infra de prolatione ſententię.§. idem. Item quia eſt latrunculus:quia de re pecuniaria cognoſcere nō poteſt. ff. de iudici.l.ſolennis §. latrunculator. uel quia eſt de alterius foro coram quo non teneris experiri: ut in l.2. ff. ſi quis in ius uocatus non uenerit: & ibi glo. Item obice: quod plures ſunt iudices delegati:qui ſeparatim ſine altero procedere non poſſunt maxme ſine clauſula: quod ſi non omnes;ut extra de offi. dele. c. prudentiam.§. addicimus.&
6 de re iudic.c.fi. ff. e.l.duo. † Item ſi citatus eſt clericus obice quod coram ſeculare comparere non tenetur:nec debet coram ipſo conueniri quia debet apud epiſcopum conueniri & in ſuo foro eccleſiaſtico:ut ī auc. ut clerici apud proprium epiſcopum conueniantur per totum extra de iudi. c. at ſi clerici. adeo quod confeſſio & quicquid eſt actum in iudicio non ualet, ut in d. cap. ſi cle. & de fo.compe. cap. ſi diligenti. etiam ſi iurauerit: ut ibi nec prodeſt in hoc conſuetudo. d. c. at ſi cle
7 rici. † Sed fallit in caſu reconuentionis: quia tunc reconueniri poteſt clericus coram iudice ſeculari & ualet iudicium extra de mut. petitio. cap. 1. & 2. & eſt regulare in quolibet conuento: ut poſſit reconuenire ſuum actorem: ut. C. de ſen. & interlocu.omnium iudicum l. papinianus & in autentica conſequenter. prȩterquam in criminali-

bus

bus: ut l. is qui reis de publi. iudiciis. & notatur in d. cap. at ſi clerici, & in cauſa appellationis ff. eum qui appellat. l. ſi. & in titulo ſequenti conſideret ergo ſi ſit iudex delegatus cuius delegationis recepta copia excipiat contra delegationem ſeu reſcriptum: ut dicetur infra de productione inſtrumentorum. §. & qui etiam.

SVMMARIVM

1 Maior enim eſt contumacia actoris quam rei.
2 Quando nec actor nec reus in termino comparet tunc neuter in aliquo condemnatur.
3 Reus contumax non appellat.
4 Verus contumax quis dicatur
5 Obliuio non præſumitur niſi ex longo tempore.

De comparitione.

Facta igitur citatione: curabit actor in iudicio comparere: & in aduentu ſuo facit ſcribi ſuam comparitionem: ita quod non ſit contumax: alias procedetur contra eum hoc modo. Actore enim in termino comparitionis per ſe, uel alium minime comparente, reus ſe preſentet: & ſuę citationis per actorem factę relationem ſcribi faciat apud acta. & in termino pronunciationis facienda contra contumaces: ſe iudici preſentet: & acto-
1 ris contumaciam accuſet. †Maior eſt enim contumacia actoris quam rei in auc. de litigiis §. omnem de do. & contu. cap. actor. in 7. Et ideo eo non comparente: iudex interloquendo pronunciet actorem eſſe contumacem, & de lato ſacramen. reo, ei condemnet actorem in expenſis: ut d. cap. actor, & extra eo. cap. dilecti. ueniens autem actor non admittitur: niſi caueat: ut in d. cap. actor: refectis: nihilomi-
2 nus expenſis reo factis: ut dictum eſt: † Quando autem

autem nec actor: nec reus in termino comparet: tunc neuter in aliquo condennatur: quia inuicem contumacia compenſatur. ar. ff.de dolo. ſi duo. &
3 de eo per quem fac. l.fina. §. ſecundo. † No. quod reus contumax non appellat: ita notat Bar. in lectura ſua ſuper. l.ex conſenſu.§.eum qui.ff. de appellatio. & relatio. & utitur his uerbis uerus contumax non appellat. † Opponitur ſupra de iudi-
4 ciis;& poſt edictum. §. fin.ſo. ibi loquitur in ficto contumace:hic in uero: & ſubdit quærens,quis eſt uerus contumax: & quis fictus.glo.in d.l. ex conſenſu:& in l.fin. ff.de in integrum reſti. quod hic non repeto: niſi quatenus eſt neceſſarium pro declaratione text. 2. gloſ. in d. §.eum qui. Vnde eſt ſciendum: & quod ad hoc: ut quis ſit uerius contumax: duo requiruntur ſcilicet quod cognouerit ſe citatum legitime. Item quod potuerit uenire: ut ibi expreſſe ponitur in gloſ. & in text. quocunque enim modo cognouerit ſatis eſt:ut l. item ueniũt.§.a quo.ff.de peti. here. & ideo citatus ad domum: ſi ad eius noticiam congruo tempore peruenit, dicetur uerus contumax: & licet iudex a quo eius appellationem receperit, quia eum habuiſſe notum ignorabat, tamen ſi de ſcientia probabitur apud iudicem ad quem ſuper eius appellatione non procedetur: & eodem modo,ſi fuerit citatus perſonaliter: & quum uellet uenire: poſtea impeditus fuerit aliqua iuſta cauſa: iudex a quo appellationem non receperit: quia uerum contumacem putabat: tamen hoc probato coram iudice appellationis procedet in ſua cauſa, ut ibi dicitur in glo. & colligitur ex text. d. §.eum qui.& ideo not. bene illam legem & glo. cum materia ſua:quę eſt magiſtralis, & melius probat, & declarat,quis ſit uerus contumax quam alibi alias in iure.Item aduerte,quia glo.in principio dixit uerum contumacem eſſe,qui inuentus dixit:ſe nol-

le

le uenire: glo. Io. an.in cap. uenerabilibus in gloſ. ſuper uerbo iudicis intelligit. quando dixit in iudicio : ſecus ſi dixiſſet extra iudicium . Nam illud forte poſſet procedere quantum ad hoc: quod ſi citatus eſſet non peremptorie: tamen iterum eſſet citandus: nec haberet locum tunc gloſ.l.fin.ſupra de in integ. reſtit. quæ dicit eum non eſſe citandum ulterius. Sed ſi ponerimus eum peremptorie citatum : ſiue dixerit in iudicio, ſiue extra: nolo uenire, ſatis eſt, quia, ut dixit, ſufficit, quòd ſe citatum ſciebat, quod autem gloſ. dicit, quòd iuſta cauſa non ueniendi eſt, ſi dicit, ſe non ueniſſe propter obliuionem, uel quia non credebat, iudicem ſic feſtinare, dic quòd neutra cauſa excuſat.

5 † Non enim pręſumitur obliuio : niſi ex longo tempore, ut l. ſi id quod, in princ. & notatur ſupra de acquirenda poſſeſſione & l. furtum §. fundi. ff. de uſucapionibus, ſimiliter ad id quod dicitur, quòd non credebat iudicem ſic feſtinare, tu dic quòd non eſt iuſta cauſa,non enim debet inſpici id quod dixit ſe crediddiſſe, ſed illud quod credere debebat, ut l. quod teſt.ſupra ſi cer. pet. & l. qui fundum. §. ſeruus peremptus, & ibi Bart. no. ſingularem limitationem ad dicta l. ſi ex conſenſu. Bartholamæus Brunatius.

SVMMARIVM.

1 Publicum inſtrumentum facit ſimplicem probationem in odium contumacis.

2 Creditori miſſo in poſſeſſionem per contumaciam rei nullo modo competit ius agendi ſeu accuſandi de turbata poſſeſſione, ſi inquietat ſeu turbatur a debitore & quæ actio huic competat, numero 3.

4 Miſſus ex primo decreto nullo modo poſſidet niſi uſque ad an. num.7.

5 Miſſis in poſſeſſionem facienda eſt in bonis debitoris uacantibus quæ a nemine alio poſſidentur, & a nemine defenduntur.

6 Eſt enim conſulendum alicui ad ſuum conſequendum.

8 Poteſt iudex mulctare contumaciam, & pro modo ſuæ iuriſditionis reum condemnare.

9 Iudex debet creditorem in tenutam poſſeſſionis miſſum defendere ut uis ſibi non inferatur.

10 Data tenuta reus non auditur niſi ſatiſdet de lite proſequenda, ſiue de iudicio ſiſti, &c.

11 Iudex non debet feſtinare ad interponendum ſecundum decretum: ſed debet expectare.

De contumacia rei.

SEquitur uidere de contumacia rei, in termino igitur citationis reo non comparente, actor compareat, & apud acta relationem ſcribi faciat deinde in termino procedendo contumacem, ſe iudici repreſentet, & rei contumaciam accuſet, & petet contra eum, ut contumacem procedi ſecundum iuris ordinem tam in eo quod principaliter petitur quam in exceptionibus inde faciendis, ut l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. petendo ſibi dari tenutam in bonis rei pro tanto debito ad quod ſibi teneretur perſonali actione mutui, uel ſimilis. Reo, igitur expectato: & minime comparente, nec aliquo alio pro eo reſpõdente iudex pronunciet eum contumacem & tanquam contra contumacem fore procedendum: & ſummatim diſcuſſo negotio quod fit per iuramentum calumnię præſtitum ab actore, ut l. theſaurus ff. ad exhibendum, & C. de bo. aucto. iudic. poſſi. l. cum proponas, & autẽ. ei qui ibi poſita, & ubi in rẽ actio. l. 2. & extra, ut lit. non conteſt. cap. quoniam. §.
1 ſi ſuper rebus. † Vel etiam per productionem publici

blici inſtrumenti quod facit ſimplicem probationem in odium contumacis, iudex decernat tenutam eſſe concedendam actori pro menſura debiti declarati, ut dicta auct. ei qui, & ideo in hoc ſufficit calumniæ iuramentum, quia aliud iuramentum actor ulterius non præſtabit, ut notatur in dicto §. ſi ſuper, & inde concedat executionem eſſe exequendam. Qua tenuta data, habet miſſus cuſtodiam tantum ff. de acquir. poſſeſ. l. 3. §. & ſi. & ff. uti posſidetis l. tertia §. creditores tex. in l. cum debitor ff. ex quibus cauſis pi. uel hypo. contraha. & gloſ. in lege ſi finita. §. ſi plures. ff.
2 de dam. infec. † Nam iſti creditori miſſo in poſſesſionem nullo modo competit ius agendi ſeu accuſandi de turbata poſſesſione ſi inquietaretur ſeu turbaretur a debitore. Competit autem ei interdictum uti posſidetis: quia iſte tanquam miſſus ex primo decreto non poteſt dici poſſeſſor, ut in prællegatis iuribus, & tali detentori non competit actio, ſiue interdictum ſpeciale, ut refert Cyn. in prællegata lege cum proponas. Codice
3 de aucto. iudi. posſi. † Vtrum autem creditori competat aliqua actio, dico quod ſi nam ei competit quædam actio generalis in factum quæ oritur ex titulo, ne uis fiat ei qui in poſſesſionem miſſus eſt, text. in lege tertia. §. ſi. ff. qui ſe in pig. & in l. paulus ff. qui modo pi. ſol. & per bar. lege ariſto. in prima columna uerſus & primo quæro, & uerſus ſed circa ff. quæ res pignori oblig. Nec etiam lucratur fructus, ff. qui ex ca. in poſſeſſ. ea. l. cum legati cui tenutæ actor incumbet quamuis quan-
4 tocunque tēpore teneat, non ideo posſidet. † Quia miſſus ex primo decreto nullo modo posſidet. d. l. ſi finita. §. ſi quis aūt, nec is contra quē mittitur ideo ꝑdidit poſſesſionē nec illā exhibere iubetur ut ibi, & ideo quandocunque reus ueniat ad iudicium, & de lite ſequenda ſatiſdet & expenſas litis reſtituat,

 recuperat

recuperat poſſesſionem,ut d.§.in aliis, nam ſi ſit ſecundum decretum interpoſitum uel iudicis auctoritas deſcripta, ut in l. 2 diuo pio.§. ſi ſuper, & §. pe.ff. de re.iu.notatur extra de do. & contu.c.contingit in ultima gloſ. ſi autē res deſcriptę non erūt, tūc paratur executio per ſummariam cognitionem, de qua in d. §. ſi ſuper rebus, ſed ordinario iudicio expedietur. Nam ſi omnia rite interuenerunt iuxta no.C. de præſcript.30. annorum, petit reuocari per reſtitutionem in integrum ſi uero uēditio non tenuit, age rei uendicatione contra posſidentem ut clare dicitur in gloſ.ff.de priui. cre. l. imperator licet autem contumax non deſinat posſidere ex misſione ex primo decreto, misſus tamen incumbet tenutę, ut contumax tedio affectus compareat coram iudice;& pareat,ut ff. ex qui.ca.in poſſeſ.ea.l.is qui, & dicitur in d.c.quoniam §. in aliis, & ibi de hoc in gloſ. Hæc autem uera, quando de re, de qua fit misſio, nulla quæſtio refertur ab aliquo alias eſt ſuperſedendum ſuper tenutę datione. C. quando fiſcus uel priuatus l. 2.
5 † Misſio autem facienda eſt in bonis debitoris uacantibus, quæ a nemine alio posſidentur,& a nemine defenduntur, ut Codice de edicto diui Adriani tollen. l. fin. & dict. l. a diuo pio. §. ſed iſtud, unde in re de qua controuerſia refertur, eſt executio retardanda ff. de iure fiſci. l. res quæ. Sed bonis uacantibus non inuentis, fiat diſcusſio de interceſſoribus, & mandatoribus, & bonis eorum. Et ſi nec prædicta inueniuntur tunc demum peruenitur ad bonorum poſſeſſores, Codice de pigno. in auct. ſi debitor, & de actio.& obligatione l. fin. & in auct.ibi poſita, & dic ſecundū doct. quando agitur contra poſſeſſores bonorum, ordo eſt, quod iudex pronuntiet, quod actor contra eos agere poſſit, ut Codice quando fiſcus uel priuatus lege ſi debitor, maxime quando bona debitoris contu-

macis obligata, uel hypothecata non apparent actori, neque ſpecialiter, neque generaliter, neque tacite, neque expreſſe, tunc quia non eſt promptũ ius actori agendi contra poſſeſſorem, bonum eſt, ut decernatur per prætorem, ut agere poſſit quod
6 iudex facere poteſt, & debet. † Eſt enim conſulendum alicui ad ſuum conſequendum, ut ff. quod cum eodem l. 1. poſtea uero dictis bonis diſcusſis peruenitur ad nomina debitorum, ut dicta l. a diuo pio. §. 1. in quorum executione procedi non poteſt, niſi confeſſa ſint, ut Codice de præto. ſti. l. 1. & ibi gloſ. Hæc autem uera ſunt in debitore uiuo, eo autem mortuo prius conueniendus eſt hæres, ſi aliquis compareat, uel qui hæredem ſe gerat, ut dicta auct. ſi debitor in fine ſi uero non conſtat de hærede tunc publice fiat proclama, ſi quis uult eſſe heres illius defuncti in tali territorio compareat reſponſurus tali creditori arg. C. de fideiuſſo. in auct. hoc autem amplius, & de re pig. l. ſi eo tempore, extra de cleri. non reſid. cap. ex tue. Nemine comparente: fiat misſio in bonis tempore mortis a debitore poſſesſis, ut dicta lege ultima Codice de fideiuſſ. Et ſi nemo poſtea compareat infra annum miſſus ex primo decreto faciat ſibi ſecundum decretum interponi, ſed ante annum non audietur Codice de præſcriptione 30. annorum lege ſi quis emptionis §. finali, ſed extunc erit uerus poſſeſſor, & lucrabitur fructus: ut notatur plene in dicto §. contingit. Et quod dictum eſt in prætorio pignore idem ſeruandum eſt in conuentionali ſcilicet ut fructus non cedant lucro creditoris immo ipſo iure extenuant ſortem. Codice de diſtract. pigno. l. prima licet enim creditor conuentionalis pignoris in poſſesſionem ueniens posſideat quo ad ſatiſdationem, ut ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſciendum, quod non eſt in prætorio pignore, ut ff. uti posſidetis lege ſi duo §. creditor.

tor. tamen ut dictum eſt non lucratur fructus, ad idem. C. de præſcrip.30. annorum l. cum notiſſimi §. primo prædicta autem uera ſunt ſecundum omnes, quando igitur actione perſonali, ſed quando agitur reali, præmiſſa ſemper ſummaria cognitione, ut dicto cap. quoniam §. in aliis, fit miſsio in rem petitam & tunc reus contumax fiet de poſ-
7 ſeſſore petitor, ut d. l.2.† Qui quum posſidet miſſus ex primo decreto uſque ad annum ſecundum Ioan. & Azo. ſed anno elapſo posſidet quaſi ex ſecundo decreto ſecundum eos, ut notatur. ff. de acquir. poſ. l. 3. §. fi. Alii uero dicunt q in ciuili non poſsidet, niſi interponatur ſecundum decretum l.ſi quis emptionis §. fi. & extra de dolo & contu.c. contingit. in gloſ. Item non facit fructus ſuos licet eos percipiat, quando eos reſtituere tenetur, quandocunque ueniat infra annum, ſed poſt annum ueniens poſſeſsionem recuperat: ſed miſſus fructus per eum receptos non reſtituit uſque ad conteſtationem litis, ut plene notatur in d.c.contingit, in ult. glo. niſi ſit interpoſitum ſecundū decretū, niſi ad cautelā, ut ibi not. ei autem qui conuenitur, licet in iudicio dominum nominare. Et extunc ipſe exoneratur, & dominus eſt cōueniēdus, ut d.l.2.C.ubi in rē act.& auct. cū in prouincia, ſiue pro re mobili ſiue in mobili cō ueniatur, ut plene not. in d.§. quod ſi ſuper. & pro ſuo iure, quod prætēdit in re nō prodeſt ei dominū nominare, ſed ipſe reſpondere tenetur, ut no. 12.q.
8 2. cuicunque arg. ff. de reg. iur. l. officium. † Poteſt etiam iudex mulctare contumaciam, & pro modo ſuæ iuriſdictionis reum condemnare, ut ff. ſi quis in ius uoc. non ier. l.2. & ſi quis ius dic. non obtemp. l.1. Item & ſi ſpiritualem infligere eam ſcilicet quæ magis timeatur, ut d.c. quoniam frequen
9 ter. † Iudex autem debet creditorem in tenutam poſſeſsionis miſſum defendere, ut uis ſibi non inferatur, ut. ff. ne uis fiat ei. per totum, & extra de

dolo

10 dolo & contu.c.1.†Illud autem attendes: quòd data tenuta : reus non auditur ad reuocationem: niſi ſatiſdet de lite proſequenda: ſiue de iudicio ſiſti. Et omnes chriſtianas uicio contumaciæ factas reſtituat. alias iudiciorum additio ſibi denegatur: ut
11 C. de iudi. l. ſancimus. † Item dic: quòd iudex non debet feſtinare ad interponendum ſecundum decretum: ſed debet expectare: ut ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. non autem. & §. ſi forte.

SVMMARIVM.

1 Sine dubio offerendus eſt libellus, præterquam in breuibus cauſis.
2 Libellus debet continere rem cauſam & actionem. cum ſuis concordan.
3 Libellus an de partium conſenſu poſſit tacitè uel expreſſè omitti.
4 Sententia ferenda eſt ſecundum modum libelli.
5 Reus comparens per procuratorem non legitimè conſtitutum perinde eſt ac ſi non ueniſſet: & quid in citatione ipſa comparet procurator non legitimè conſtitutus: & donec tractatur de legitimatione perſonæ: termini aliarum citationum tranſierunt: an poterit iudex procedere contra reum tanquam contumacem. nu. 6.
7 In cauſa pecuniaria quomodo formetur libellus.
8 Libellus pro damno dato peto eum puniri & condemnari & damna mihi emendari, procedit quia uidetur intentata accuſatio criminalis & incidenter imploratum offi. iudicis.
9 In petitione alimentorum utrum offeratur libellus.

De comparentibus.

EXpoſita materia de cont.tranſitum faciamus ad comparentes.Reo igitur citato ad iudicium cōparente:ſi actor uerbotenus exponat ſuam intentionem dicat reus dominæ hoc prohibitum eſt.ar.l. 2.ff.de ſuſpec. tut.peto ergo ut mihi libellus offeratúr. ut in auoc. offeratur. C. de litis conteſtat.
1 † Sed ſine dubio offerendus eſt libellus: ut ibi dicitur præterquam in breuibus cauſis & aliis no. in auc. niſi breuiores.C.de ſen.& interloc. om. iudic.
2 †Qui libellus continere debet rem cauſam:& actionem cum omnibus ſuis concor.ut ff.de eden. l.1.de
3 quo dic,ut ibi no.Sed nunquid poſſit.† libellus tacite omitti:uel expreſſe de partiū uoluntate quod ſic uidetur:nam iuramentum calumniæ poteſt tacite remitti,ut auc. principales. §. ſed quia uitetur. C.de iur. calum. Item partium conſenſu iuris aliquando fit interpretatio.ff.de feriis,l.1.§. 1. Nam ſententia que nulla eſt poteſt conſenſu partiū confirmari.C.communia utriuſque iud.l.2. Item quia licet unicuique renunciare iuri ſuo: ſeu remittere pro ſe introducto,ut d.l.ſi quis in conſcribendo:ſed glo.1.d.auc.afferatur. tenet quod tacitè poſſit expreſsè non,ut d.§.fi.ſcilicet ſecundum doc.modernos hoc reprobatur per tex.expræſſum. C.de priui. fiſci.l.fi.li.12.ubi expræſsè dicitur quòd poteſt remitti : ius uero canonicum tenet: quòd nec tacitè: nec expræſsè poſſit:quia non rectè poſſet ferri ſen-
4 tentia.† Quæ ferenda eſt ſecundum modum libelli.ff.de neg.geſt.l.pompo.la 2.quod enim lis conteſtatur oportet diffinitiuam ſententiam ferri,ut notatur extra de elec.dudum:el 2.eſt de ſubſtantialibus:& ordine iudicii,ut notatur extra de of.dele.c. de cauſis,& cap. 1. ſubſtantialia autem omitti non poſſunt, & l. cum hi. §. ſi ,prætor. ff. de tranſactio. & gloſſ.in l.1.ff.de uſufruct. & quemadmodum quis

uſa.

5 uſu. Modo ſequitur. † Pone quòd reus comparuit per procuratorem non legitimè conſtitutum ratione perſonæ ſuæ, uel qui non habet ſpeciale mandatum: cum debeat habere:uel alia cauſa non ualet &c. perinde eſt ac ſi non ueniſſet. l. 2. §. de
6 feudis. ff. qui. ex cau. in poſſ. ea. † Sed qui in citatione ipſa comparet procur. non legitimè conſtitutus· Et donec tractatur de legitimatione perſonæ.termini aliarum citationum tranſierunt: quia omnes citationes fuerunt factæ uel demum pronunciatur illum non eſſe legitimum procuratorem: an poterit iudex procedere contra reum tanquam contumacem quum non appareat expreſſum in actis: quòd actor præſentauerit ſe in termino contra reum. Reſpondeo: ſi quidem ille procur. fuit a reo poſt citationem conſtitutus mittendo eum licet non legitimum non eſt amplius expectandus: quia uidetur dicere ſe nolle comparere per ſe.ff. de damn. infect. l. prima. §. officium. Si uero erat conſtitutus ante idem ſi appareat reum eum miſiſſe alias conſulo: quòd actor non obſtante quòd litigetur ſuper mandato: ſemper in quolibet termino compareat & eius contumaciam accuſet: alias reus non eſt contumax. Hoc ponit Barto. ſuper l. ſi finita.§.Iulianus.ff.de damn.infect. Item quòd actor comparuit & rei contumaciam accuſauit: & ſic receſſit:non tamen apparet quòd licentiatus receſſit: uidetur non ſufficere. Non enim ſufficit comparere: niſi tota die termini expectet. l. & poſt edictum. ff. de iudic. & colligitur de re iudicata. l. quæſitum. Et hoc tenet Innocen. extra de accuſ. cap.calumniam:& eſt bonus text. in cap. i. de iudi. & ideo dicitur, & ponitur in actis, & licentiatus receſſit. Sed an hoc ſufficiat: uidetur quòd non quia obſcura præſentatio:ergo &c. contra puto per l.accipientis ſupra de auctoritate tutoris. Bar.in l.
7 ſi finita.§.Iul.ff.de dam.infe.† Et formatur libellus

ex actione: ut in cauſa pecuniaria ſic. Coram uobis &c. agit: & agendo proponit.p.contra & aduerſus.a. dicens quòd dictus.p.mutuo & ex cauſa mutui dedit dicto.a. quatuor florenos boni & puri auri: & iuſti ponderis. Quare quum dictus a. dicto.p. dictos quatuor florenos auri dare: & reſtituere ceſſet, dicit, & petit ipſe.p.dictum.a.cogi: & compelli ad reſtitutionem dictorum florenorum: & ad reſtitutionem dictæ quantitatis uidetur a ſententia cõdemnari: petit etiam damna: & expenſas: & proteſtatur de fiendis uſque ad finem cauſæ: proponens ad hoc omne ſuum ius ſibi competens: ſaluo ſibi ſemper iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi.

8 † Nota quod procedit iſte libellus: peto talem de tali damno mihi dato & puniri & condemnari: & rem mihi reſtitui ſeu damna emendari: nec actu iuris ciuilis & criminalis intentatur ſecundum Bar. in l. interdum §. qui furem. ff. de furtis: ubi utitur præciſè his uerbis circa materiam iſtam. Et per hoc dico quando formatur libellus ſiue accuſatio de damno dato: uel de robaria facta dicendo eum puniri & condemnari: & rem mihi reſtitui: ſeu damna emendari: quòd talis libellus procedit: nec uidetur intentare ciuilem & criminalem in eodem libello contra l. interdum. ff. de publi. iudi. ſed uideor intentare criminalem tantum: & implorare officium iudicis: ut incidenter faciat mihi rem reſtitui ſeu damnum emendari ſecundum formam huius. §. & l. 4. §. ſi dicatur. ff. finium regundor. Et ſic intellige. l. medicus. ff. de uariis & extraor. cogni. l. pe. ſupra de calum. & l. quo euitandi. C. de condit. ob tur. ca. cum ſimi. facit ad hoc quod notat Cyn. C. ad legem Iuliam de ui priuata in l. ſi quis a ſe fundum. Sed contra hoc oppono de l. defuncto. §. 1. ff. de pub. iud. Reſpondeo contra ipſum delinquentem contra quem poteſt iudex maleficiorum criminaliter cognoſcere in ciuili incidenter: ut hic tenementi

9 menti Bart. † Quæritur in petitione alimentorum utrum offeratur libellus dicat quòd competit offi- cio iudicis no. quando autem iure actionis ſic. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iud. l. ſi iudex, et ff. de off. conſu. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de libel. agno. l. ſi quis a liberis. §. 1 uel parens. Quidam alii contra: & uerius uidetur. quia regulariter in unaquaque cauſa libellus offerri debet: uti enim d. auc. offeratur. Sed competit off. iud. fit ſummaria cognitio: quando autem iure actionis non, ut C. de naufra. l. de ſubmerſis. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 Libellus cauſæ eſt fundamentum.

2 In libello debet conſcribi nomen iudicis coram quo. & nomen certum actoris agentis. & rei conuenti. & nomen actionis cum omnibus ſuis circunſtantiis. nu. 3.

4 In libello debet actor petere & proteſtari de expẽſis factis & faciendis.

De libelli oblatione.

Generaliter ergo libellus eſt offerẽdus: in cuius conceptione aduocatus actoris diligenter con-
1 ſideret quicquid in eo poni expediat. † Eſt enim libellus fundamentum cauſæ. & ideo ubi fundamentum bonum non eſt: non ſubſiſtit: ſed ſuperedificatum corruit, 3, ar. 1, quæſtio. 1. cum paulus. unde ſi in eo erratur: tota cauſa ſubmergitur: quia paruus error in principio: maior eſt in fin. ſecun-
2 dum philoſophum. † Conſcribat ergo in libello nomen iudicis coram quo & nomen certum actoris agentis: & rei conuenti. Eſt enim iudicium actus trium perſonarum ſcilicet iudicis, actoris, & rei. extra de uerbor. ſignifica. cap. forus. Item narret

facti qualitatem.quia ex facto ius oritur:ut l.ſi ex plagiis.§. in cliuo.ff.ad legem aquil.quia ex perſo na actoris ius metimur.ff.ſi pars here.pet.l.1. Item exprimat rem petitam & ſi quantitatem petat, exprimat quantitatem , ſi uero ſpetiem : ſiue rem , ſi quidem mobilem exprimat ſigna eius,colorem,uel pondus ff. de rei uen. l. ſi rem ff. depoſiti. l. 1. ſi uero immobilem cum duobus ſaltem confinibus , ut l.forma. ff. de cen. Nam ſi erretur in ipſis confinibus, dummodo certum ſit, ſeu conſtet de ipſa poſſeſſione immobilium, ualet nihilominus iudicium , ut dict.l.forma & ff. de le.

3 iii.l. patronus §.1. † Item exprimat actionem cum omnibus ſuis circunſtantiis , ut. C. de eden.l. edita.licet de hoc de conſuetudine nomen actionis non proponatur , nec exprimatur , ſicut notatur extra de lib.obla.cap. 1. Item concludat rem ſibi dari uel tradi:uel fieri ſecundum negotii qualitatem. Exprimat petendo rem uel tantum eſtimationem eius ſibi dari:ut l.item ſi uerberatũ §.1. ff. de rei uen.Nec obiiciatur ſibi quod aliquis preciſe nõ cõpellitur.ff. de act.emp.l.1.ff.de re.iu.l.ſi qs ab aliquo ĩ ſi.& circa hoc põt diſtinguere,ut nota.ff.de legat.1.l.ſi donis §.qui confitetur,& de rei uen.l.qui

4 reſtituere . † Item petat & proteſtetur de expenſis factis, & faciendis, per l.tanquam temere. ff.de iud. de re iud. l.contumacia.& C. de iudi. l. properandum. & de edil. edic. l. ediles §.item ſciẽdum . Nam alias expenſas peti poſſe non uidetur nota. in auc. de iudi. §. oportet & hoc de generali dixiſſe ſufficiat. Quo libello oblato faciat actor ſtatui terminum ad deliberandum,& reſpondendum , infra quem reus deliberare poſſit, ſed antequam ad ulteriora procedamus,premittendum eſt , quod tempore oblati libelli actor exhibens libellum debet ſatiſdare quouſque ad finem litis permanebit : eamque per ſe uel per procura-

torem

torem ſuum exequetur, & quod ſi inuentus fuerit litem iniuſte mouere, perſoluet decimam partem litis: ut. C.de epiſcop. & cleri. auc. generaliter. quę eſt in corpore de litig. l. ad excludendas, ſed licet hoc iure caueatur tamen ex conſuetudine non ſeruatur:ut alias not. C.de iudi.l.rem non nouam.

SVMMARIVM

1 Libellus poteſt emendari corrigi & mutari ante litem conteſt.

De correctionibus libelli.

NOta l. libellum poſſe emendari, corrigi, & mutare ante litem conteſta. dummodo ponatur dicta clauſula ſaluo iure addendi &c. ut C.de eden.l.edita.& inſtitu.de act.§.ſi minus.& 2.q.8.libellorum.ff.de noxal. in delictis.§.ſi detracta.poſt litem conteſt.uero non,ut l.de qua re.ff.de iudic.& ita tenet Spec. in titul.de libelli concesſ.§. nunc oſtendamus. in princ. libellus, &c. & de hoc in c. 1. extra de libel.obla. Item poteſt actor deſiſtere a proſecutione libelli indiſtincte re integra.C. ut nemo inuitus.per totum, niſi reus iam per iudicem, uel executorem ſit conuentus: quia tunc reo poſtulante:habet actor neceſſe illā litem perſiſtere. C.qũo & quando iud.auc.qui ſemel & in ſumma. Cyn.& Hoſt.Tanc.Hoſt.in titulo de libel.ob.§. utrum poteſt.& per Spec. eodem tit.

SVMMARIVM.

1 Eį qui dicit incumbit probatio.
2 Exceptio procuratoria eſt duplex,& duplex eſt modus eam probandi.nume. 3.
4 Priuata ſcriptura non facit ple nam fidem.

Littere

5 Litterę capituli uel conuentus ſigillo eius munitę fides eſt preſtanda ſicut publico inſtrumento & eandem uim habent.

6 Litterę clericatus ſunt in forma priuata nec habēt ſubſcriptionem nec ſigillum ſuperioris uel capituli non probant.

7 Inſtrumentum ſine notarii ſigillo an fidem faciat.

8 Mandatum in quo non exprimitur ad quod conſtituatur eſt nullum.

9 Ad ſententiam audiendam non eſt admittendus procurator niſi ad hoc ſpecialiter uel ad totam cauſam ſit ſpecialiter conſtitutus.

10 In cauſa ſtatus non conſtituitur procurator.

11 Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam eſt obiicienda.

12 Miles non poteſt eſſe procurator nec minor nec filiusfa. numero 13.

14 Seruus nec per ſe nec per alium in iudicio eſſe poteſt. Item nec monachus nec regularis religioſus.

15 Excommunicatus an poſſit eſſe procurator.

16 Mulier non poteſt procuratoriam exercere.

17 Maritus an poſſit eſſe procurator pro uxore.

18 Clericus pro laico in foro ſeculari procurator eſſe non poteſt: Item nec contra eccleſiam in qua beneficium habet. numero 19.

20 Ad negocia omni tempore tutor & curator procuratorem conſtituunt.

De exceptionibus

OBlatum itaque libellum reus recipiat, & eius aduocato conſignet, qui inſpiciat primo perſonam actoris, ſi poteſt aliquas exceptiones obiicere contra eum, quia primo tractandum eſt de perſonis. demum querendum eſt de iure perſonarum ff. de ſtatu homi. l. 2. in prin. & de iure codicili. quidam referunt conſideret ergo perſonam actoris,

ctoris,agat ne alieno iure, uel ſuo nomine, qui ſi per alios agit, puta quia dicit ſe procuratorem, obiicio, quod talis non eſt procur. unde expedit,
1 quod doceat † quia ei qui dicit incumbit proba-
2 tio ff. de probatio. † Hęc autem exceptio procuratoria eſt duplex ſcilicet quod procur. non eſt & eſſe non poteſt not. ff. de dam. infec.l. inter quos §. fin. Prima ergo in principio oppoſita re-
3 quiritur quod de mandato facies fidem. † Item duplex eſt modus eam probandi, quia quandoque proponitur a reo,quandoque ab actore ſi ergo litigatur de legitimatione conſtituentis, uel conſtituti onus probationis incumbit obiicienti dict. l. 2. ff. de proba.ſi uero negatur mandatum procedere,incumbit reo probatio, ratio eſt, quia primo caſu non negatur factum, immo aſſeritur, ſed negatur eſſe poſſe de iure,& ideo quum iam conſtet de facto, oportet, quod obiiciens probet quod allegat. l. ab ea parte ff. de proba. ſecus in cauſa ſecnndo,unde ſi producatur mandatum, obiice contra formam eius primo quod non eſt in forma pu-
4 blica. † Sed eſt priuata ſcriptura, quę non facit plenam fidem C. de proba.l. inſtrumentum.& l. exemplo, & l. rationes ff. de eden.l. quędam ſed ſi apparet publica forma tabellionis, qui ſi dicit tabellionem, uel publicum notorium, obiice, quod conſtituens ad hoc auctoritatem non habebat tabellionatus in officio non datur a natura ſed ab homine ſcilicet a principe, uel ab alio cui ipſe commiſit. ut C. de tabel. l. genera-
5 li. & per totum lib. 10. † Attende tamen quod ſi ſunt litteræ capituli, uel conuentus ſigillo eius munitę quod eis fides præſtatur,ſicut publico inſtrumento, & eãdem uim habent, ut extra de ſenten. excommu. c. 1. §.1.lib.6. & ita tenet Archi-
6 diac. de offic. ordina. cap. 2. lib.6. † Item quando litterę clericatus ſunt in forma priuata, nec

habent

habent ſubſcriptionem,nec ſigillum ſuperioris: uel capituli,non probant,extra de fide inſtrumentorum ca.2.ſed tunc obiice, quod non ſunt ſigillo uallate quod non habent caracteres,uel habent,ſed ſunt in elegibiles.C.de epiſcop.& cler.ſi qua in fi.& de mā dat.prin.l.1. & ii.quæſtione 3.curent. Item obiicio,quod in literis non continetur data,unde periculum eſſe poteſt,quia in talibus exigitur.extra de reſcriptis.cap.eam te,& de fide inſtrumen.cap.inter

7 † Item contra inſtrumentum notarii obiice, quod non habet tabellionis ſignum,licet quidam dicant, quod hoc non releuat quia non eſt de ſubſtantialibus poſitis in aucten.ut prepo. nomen imperatoris ſed dic cui obſtat,quia tabellio debet nomen apponere in ſuis inſtrumentis,ut per illa & ex aliis euidentius fieri poſſit comparatio C.de aſſeſ.l. fina. & in auctẽn.de fide inſtru.§.officium maxime autem ob hoc excipitur,quando tabellio eſt conſuetus ſignum apponere unde cum deficit, redditur inſtrumentum ſuſpectum arg.ff.quemadmodũ inſtru. aperi.l.1.§.fin.Item obiice,quod mandatum eſt generale,& lis,de qua agitur eſt talis,que requirit mandatum ſpeciale ff.de minori l. illud §. ſi talis extra de reſcrip.cap.i.ff.de procur.l.non ſolum in fine,& ualet hæc obiectio,etiam ſi ad generale mandatum ſequatur,& ad omnia & ſingula,etiam ſi mandatum exigerent ſpeciale,quia non ideo magis in caſibus ſpecialibus admittitur, extra de procurato,qui ad agendum lib.6.in princi. Caſus autem in quibus requiritur ſpetiale,mandatum notam in dict.§.fin. ta

8 lis † Item obice, quod in mandato non exprimitur, ad quod conſtituatur unde tanquam incertum repellitur ff. eodem modo. Item obiice, quia in eo quod fiat ad agendum & defendendum,tacetur,quę duo tamen neceſſario requiruntur C.eodem l.actus extra de procurato.ca.accedens & cap.conſtitutus. Item obiice,quod in mandato non releuatur a ſatiſ

dātione,

datione,unde niſi ſatiſdet, repellitur, ut inſtituta eodem §.ſi procurator. Item obiice quod cauſa eſt criminalis,& mandatum eſt generale. Nõ obſtante, ꝙ ad criminalia ſit conſtitutus,unde ad ciuilia tãtũ refertur, ut ff. eodẽ l.nõ ſolum,& l.ſequen. Ergo repellitur, quia hoc habet mandatum, ut repellatur. Codice de procu.l.maritus, ueruntamen de crimine poteſt ſimiliter agere ff. de iniuriis l.ſed ſi unius §.procurator autem extra de procura. c. tuæ. Item obiice,ꝙ plures ſunt procuratores dati ſine clauſula inſolidum & ſine clauſula, ita quod non ſit melior conditio occupantis.Nam tunc qui incipit præfertur. Et ideo recte obiicitur contra de prouentione alterius ff. de procur. lege pluribus & lege qui duos eodem titul.Item ꝙ diuerſis temporibus dedit procuratores duos quia dando poſteriorem, priorem prohibuiſſe uidetur ff. de procur.l. ſi quis cum propoſito §.finali.Item ꝙ tranſcendit fines mandati, quum limitata ſit eius poteſtas ad certum quid,
9 unde ad alia non extenditur d. l. maritus. † Item obiice,quod ad ſententiam audiendam non eſt admittendus procurator, niſi ad hoc ſpecialiter, uel ad totam cauſam ſit ſpecialiter conſtitutus,ut.C.de
10 tranſac.l.tranſactis. † Itẽ obiice, ꝙ ex cauſa ſtatus in qua nũ conſtituitur procur.C.de aſſ.toll.l.1. Itẽ obiice, quod non eſt conſtitutus ad debitum ſibi ſoluendum, uel recipiendum ſed ad lites tantum, unde non auditur, ſi petat ſibi ſolui, quia procuratori non recte ſoluitur ff. de ſolu. hoc iure. Item obiice,ꝙ licet procurator obtinuerit in cauſa,& ſententiã meruerit,tamen non poteſt petere executionem, quia actio iudicati ex ſententia ſibi non datur,ut d.l.hoc iure,& de ꝓcur.l.ſi procurator meus uerus ſicuti.Itẽ obiice:ꝙ nõ audiatur ẽt ſi a dño ſit releuatus,niſi ipſe caueat cautione nuda,ſiue uerbaliter ꝓmittat, dñm ratũ habiturũ quia obligatio dñi in mãdato facto eſt acceſſoria, ideo neceſſario

eſt principalis, ſine qua non poteſt habere effectũ, ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor. & l. poſtquã in prin. & ff. ut lega. nomi. caue. l. pluribus hæredibus, & ff. de uſufruc. ea. re. quæ uſu conſu. & hęc circa partẽ primã obiectionis procuratorię dicta ſufficiant. Secunda aũt pars huius exceptionis procuratoriæ ut ſupradictũ eſt, in principio, eſt illa. ſ. ꝙ procurator eſſe
11 non poteſt. † Obiice ꝙ eſt dilatoria, quæ ante litẽ cõteſt. eſt obiicienda. Itẽ ꝙ ea omiſſa, nihilominus ualet quod agitur, ff. eodem l. filius, §. ueterani, & C. eo. l. ita demum, ſed altera pars huius exceptionis ſcilicet quod non eſt procur. licet uim dilatorię obtineat, & ſit ante lit. conteſta. obiicienda, ut l. ita demum, & l. põponius, §. rati. tamẽ omiſſa ab initio, quãdocunq; obiici põt, quia reddit iudiciũ nullum, ut l. licet, ſed quia de nullitate ſemper poteſt obiici, ut C. de falſa. l. querella. & quomodo, & qñ iud. l. ſi ut proponas, obiice ergo cõtra perſonã actoris.
12 † ꝙ nõ põt eſſe procur. quia miles, ut d. l. filius, de
13 procur. † Itẽ obiice, ꝙ eſt minor, & ꝙ eſt filiusfamilias, ut d. l. filius, & in hoc etiã exigitur patris conſenſus, ut l. cũ nõ ſolum, C. de boniſque lib. & iſtud quando ſuo nomine agit, ſecus quando procuratorio nomine, quia tunc alterius perſonã repreſentat, ut l. qui manumittitur, ff. de in ius uoc. & extra eo.
14 c. qui generaliter, §. 1. lib. 6. † Item obiice, ꝙ eſt ſeruus, qui nec per ſe nec per aliũ in iudicio eſſe non poteſt, C. de iudi. l. ſeruus, itẽ ꝙ eſt monachus, uel regularis religioſus, qui ſerui reputantur, 12. q. 3. c. nõ dicatis, & ideo ne dũ pro aliis, ſed nec pro ſe ad-
15 mittetur. † Itẽ ꝙ eſt excõicatus ipſe, uel ẽt cõſtituens, ut extra de excep. c. exceptionẽ, & eo. tit. cap. pia. lib. 6. admittitur tñ excõicatus ſuo nomine, & eius procur. ex parte rei. ſ. ad defendẽdũ, & in cauſa appellationis per eũ interpoſitæ, extra de iud. c. in-
16 telleximus, & de excep. c. cũ inter. † Itẽ obiice ꝙ eſt mulier, quũ hoc officiũ ſit uirile, unde exercere non

poteſt,

poteſt,C.eo.l.alienam,& ff.eo.l.neque fęmina, ſed in caſibus pro parentibus admittitur minor,ut dici-
17 tur in d.l.neque. † Item obiice ꝙ eſt maritus, qui agit ultrà fines mãdati, unde in eo pluri repellitur, licet.n.maritus magis generaliter in omni caſu poſ ſit pro uxore agere præſtita ſatiſdatione de rato,tñ ex quo conſtituitur procur. ab uxore, reſtringitur eius poteſtas ad id ſolum, ad quod conſtitutus eſt, ut d.l.maritus,C.de procur. unde tunc in aliis re-
18 pellitur,ut ibi.†Itẽ obiice,ꝙ clericus cõſtitutus eſt ꝑcur. in cauſa layci, & in foro ſeculari,unde nõ eſt admittẽdus,extra ne cle.uel mona.c.1.& 2.& 21.q. 3.c.1.& auc.de ſac.epiſ.§.deũ amabis,& §.ſeq.C.de iud. l. placet, & maxime in iudiciis laycorum, ut
19 dictis iuribus.† Item obiice, ꝙ eſt clericus qui agit ut procurator contra eccleſiam in qua habet beneficium, ut extra de poſtu.c. fin. item ꝙ cõſtitutus eſt a tutore curatore, uel procuratore, qui ante li tem conteſt.procuratorem non conſtituit,C.de pro cu.l.neq; tutores,ff.eo. neque fęmina, ſed poſt litẽ
20 cõteſt.ſic,ut ibi not.† Ad negocia autem omni tẽpore tutor & curator procuratorem conſtituunt,ut ff.mãdati, l.ſi procuratorem,§.tutores.Item obiice, ꝙ conſtitutus in magiſtratu eſt poſitus maiori, unde eo durante neque per ſe,neque per alium agit,l. nec magiſtratibus,ff.de iniur.Item ꝙ eſt reuocatus, C.de ſatiſd.l.1. uel ꝙ mandatum eſt finitum morte conſtituentis,ut ff. mandati,l.inter cauſas,in princ. & iuſti.mandati,§.recte. Item ꝙ talis eſt cauſa, in qua tenetur dñs perſonaliter comparere, quod dic. ut extra de iud.c.1.lib.6. uel ꝙ procur.eſt perſona rixoſa,& cauſa pertractator.C.de procur.l.fin.no. ꝙ in actore,ac citatione requiritur uerus locus caſus eſt in c.qm̃ cõtra falsam,de proba.ibi dũ dicitur loca deſignando,tẽpora,& perſonas,nec ſufficit dicere ſedens pro tribunali ad ſuũ ſolitũ banchũ,&c.uel ut ſupra &c.uel ad banchũ iuris,&c.& propterea text.

dic te decretalis dicit, ꝙ locus in actis deſignari debet, ut ſciatur utrum iudex ſederit in loco ſolito, uel non.

SVMMARIVM.

1 Maritus ſine ſatiſdatione de rato non auditur.
2 Exceptio procuratoria debet opponi ante litem conteſtatam.

De exceptionibus contra coniunctam perſonam.

SI uero quis agit pro alio, & dicit ſe coniunctam perſonam illius, obiice quod non eſt talis, unde oneratur hoc probare, quod ſi conſtiterit, obiice quod non audiatur, niſi ſatiſdet de rato ff.eo.l.ſed & hoc, quę ſint coniunctæ perſonę di-
1 citur in d.l.ſed & hoc. † Nã maritus ſine ſatiſdatione de rato non auditur C.eo.l.maritus, Itẽ nec conſors eiuſdẽ litis, ut in l.2.C.de con.eiu.lit. Itẽ obiice, ꝙ ille pro quo agit, eſt minor qui & ipſe nõ audiretur, unde nec ipſe cõiunctus pro eo audiendus eſt arg.ff.de regu.iur.l.nemo plus, ipſe.n.minor repellitur propter periculũ reſtitutionis, C.eo.l.nõ eo minus & qui legit, perſonã, per totũ, ergo & is qui in eius locũ ſuccedit in regu.in his, §.nõ debeo. Itẽ ſi coniunctus agit in bonis in quibus exigitur ſpeciale mandatum, unde & cum ſatiſdatione non admittitur, nam & ſi generalis procurator eſſet, modo admitteretur in caſu ſpecialis mãdati, ut ſupra titu.2.dixi mullo ergo minus admittitur, ut cõiunctus ẽt in illis caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatũ, ff.de mino.l.illud, §. ſi talis, qui interueniſſe dici non poteſt, undẽ eſt repellendus, potes ẽt colligere alias obiectiones, quę colligi poſſunt ex duobus titulis præcedẽtibus quãdo autẽ cõiuncta pſona interuenit ex parte rei, nõ auditur ſine ſatiſ-

datione de defendendo & iudicatum ſoluendo: ut dictum eſt ſupra, & habetur. C. de procura. l. exigere. licet enim coniuncta perſona ſit legitima ad agendum tamen ſibi non ſoluitur, ut ff. ſol. mat. l. 3. & 4. & ut leg. no. caue. l. 1. & 2.

2 † No. quòd exceptio procuratoria, quę eſt dilatoria, debet opponi ante lit. conteſt. vt C. de procu. l. ita demum. & l. pe. & fi. C. de excep. & l. exceptionem. C. de proba.

SVMMARIVM.

1 Minor filiusfa. monachus excommunicatus: damnatus de crimine publico: non agunt nec conſtituunt procuratorem.

2 Si iudex pronunciat aliquem procuratorem qui non eſt nũquid proceſſus prẹiudicabit domino.

3 Propoſitis omnibus exceptionibus contra procuratorem. ſi iudex pronunciabit quòd iſtis non obſtantibus admittatur uť ꝗ prẹiudicet ſniẹ.

4 A ſententia ſuper legitimatione perſonarum an poſſit appellari, ubi quòd circa procuratorẽ ſit: in tutore diſtinguit, in principali perſona non.

5 A ſententia lata ad ulteriora eſſe uel non eſſe procedendum quando poſſit appellari.

6 A ſententia lata ſuper exceptione dilatoria quòd poſſit appellari & quando non.

De obiectio, ratione conſtituebis.

Svper quo quidem titulo dicitur, quòd eo ipſo, quod ſupradictum eſt de obiectionibus contra perſonam conſtitutam ſequitur modo uidere contra conſtituentem procuratorem. Et primo obiice quòd perſona conſtituens procuratorem eſt de illis perſonis, quę etiam ex ſui perſona

1 repelluntur. ſ. † minor filiusfamilias: monachus excõmunicatus, damnatus de crimine pub. omnes. n.

iſtę perſonę non agunt, nec conſtituunt procuratore, ut ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. 2. item comparente actore rectore uniuerſitatis obiice, quod non eſt talis. Itē quod non eſt letigime conſtitutus, ut quia non affuerunt duę partes collegii, uel uniuerſitatis, unde nō ualet, ut ff. quod cuiuſq; uniuer. no. l. nulli, & l. plane. & C. de decur. l. nominatus, lib. 10. duiū tamē parti ūſufficit conſenſus, ſi tamē pars maior conſentit, ut d. l. 2. itē obiice ꝙ non eſt agendum, & defendendum conſtitutus ut ſupra dixi de procuratore, no. quando opponitur contra aliquem procuratorem, ſindicum, tutorem uel procuratorem, & his ſimilia, ꝙ non ſunt legitime conſtituti, & ꝙ iudex pronunciet eos legitimos non obſtante exceptione, etiam ſi minus legitime eſſent conſtituti propter iudicis auctoritatem, ualet proceſſus, & tenet iudicium, ut ff. quod cum fal. tut. aut cu. l. 1. §. idē pōponius, & C. qui admit. ad bo. poſſ. poſ. l. bo norū, & C. de his qui ue. eta. impet. l. 1. & rō eſt, quia non debet præſumi ut litigantes auctoritate principali decipiātur, ut in præalleg. l. querit Cy. in lectura ſua ſuper l. licet C. de procu. De hmōi quęſtione quarta, quæro hic dicitur, ꝙ iudicium factum cum
2 falſó procuratore eſt nullū.† Pone ꝙ iudex pronunciauit aliquem procuratorem eſſe qui nō erat, nunquid proceſſus præiudicabit domino uidetur, ꝙ ſic. l. 1. ff. quod falſo tut. aut cu. §. idem pomponius econtra ꝙ non per. l. ſi cum non iuſto. ff. de collu. deteg. & hoc dicit ipſe, quod tenet Iac. de Are. etiā ſi dicat iudex, ſe ratum habitum quod cum eo fieret, obſtāte præallegato §. idem pomponius, quia non eſt iudicis dare uel creare procuratorem, ſicut eſt dare uel creare tutorem, & hoc etiam quidam alii
3 Moder. tenent. † Quinto & ultimo quærit ipſe quid ſi propoſitus omnibus exceptionibus contra procuratorē iudex pronunciabit, ꝙ iſtud nō obſtantibus admittatur, uidetur, ꝙ præiudicet ſententiæ,

l.fi.C.ſi ex fal.inſtr.& hęc eſt quędam cautela,quā faciunt aduocati,& Spec. refert Cy. Et circa iſtam materiam utitur Barto.talibus uerbis ſuper l.ante ſententiam.ff.de appel.in lectura ſua ibi dominum dicit: tertio quæro quia poſt legitimatam perſonam ſuam iudex conſueuit quærere de perſonis litigantium.

4 † Quæro an pronunciatione, quòd quis debeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio uel non poſſit appellari de iure canonico non eſt dubium,de iure ciuili examinemus. Primo in procuratore,ſcilicet ſi procurator eſſe poteſt non procur.appellatur,quia cum eo non ſperatur alia diffinitiua,ſi uero pronunciatur procuratorem eſſe is, aduerſus quem pronunciatur,ſi grauatur poteſt appellare,quoniam ex hac pronunciatione non efficitur procur.nec acta cum eo præiudicarent domino, ut Bal.l.cum non iuſto.de collu.deteg.& not.C.de de fur.l.falſus.in ult.q.unde ſi procederetur & uinceretur aduerſario non prodeſſet,nec per appellationem a diffinitiua illud grauamen poteſt reuocari,ſicut dicimus quòd nō idoneus fideiuſſor approbatur ut arbiter.ff.qui ſatiſ.cog.l.1.& 2.ſupra ti. 2. l.fi. ſed in tutore ſi iudex pronunciet eum nō eſſe legitimū idē quod in procuratore eadē rōne, ſi aūt pronunciet eum eſſe tutorem,tunc ſi quidem adiecit iudex decernens ſe ratū habiturū,quod a tutore factū erit,non pōt aduerſarius appellare,quum ualeant geſta per eum tutorē.ut ff.quod fal.tut.auc. l.1.§.idem pomponius.ſi uero pronunciat ipſum eſſe legitimum tutorem ſimpliciter,tunc poſſet appellare,ſicut in procuratore,quia geſta per eum tutorem non preiudicant pupillo,ut l.ſi tutor.C.in quibus cau.in integ.non eſt neceſſe,& idem ſi in principali perſona iudex pronunciat eum non habere perſonam ſtandi in iudicio. ſi uero pronunciatur ipſum legitimum ut minorē ex aſpectu,tūc nō pōt appellare,quia non grauatur:quoniam ſtatur huic

pronunciationi niſi ſit perſona : cui poſſit imputa ri:quia debebat ſcire ueritatem, ut l.minor.25.annis.ff.de minor.& l.ait prætor.§.permittitur.eo.tit.

5 † Quinto quærit ipſe idem ſubſequenter dicens quarto quia poſt examinatas perſonas queritur:& diſputatur ſuper obiectis contra libellum circa ſeriem ipſius:uerum ſi iudex pronunciat non eſſe procedendum,uel eſſe procedendum. non ob. obiectis contra libellum.Quæro an pars, quæ grauat ut poſſit appellare, de iure canon. non eſt dubium quòd poteſt.ut extra de appel.c. ſignificantibus:ut ſi nõ facit declarari rem quæ obſcure ponitur in libello appellatur.De iure uero ciuili:ſi quidem pronunciat non eſſe procedendum certum eſt quòd poteſt appellare:quia non ſperatur alia diffinitiua, ſi uero pronunciat eſſe procedendum : tunc ſiquidem exceptio continebat aliquid,propter quod ſimpliciter ſuper libello non erat procedendum:tunc poteſt appellare.ceſſat enim impedimentum litigando quod grauamen non poterit tolli per appellationem a diffinitiua,ſi uerò non impediebatur ſimpliciter:ſed requirebatur,quòd pars declararet, uel rei cauſam uel quid ſimile,tunc eſt dubium, poſſet enim rem uel cauſam,ſuper quæ ſimpliciter nõ debet procedi omittere,& poſſet eligere cauſam, ſuper qua eſt procedendum:in dubio autem interpræ tamur cauſam impedientem,ut l.ſufficit.ff.de cond. ind.dicam ego poſſe appellari, ut d.ca.ſignificanti-

6 bus. † Quinto quæritur quid ſi obiiciatur aliqua exceptio dilatoria,& iudex pronunciat ſuper ea, an pars,quæ grauatur,poſſit appellare etiam de iure ciuili:dic quòd ſic:quia non ſperatur alia ſentẽtia ſuper dicta inſtantia:ſi uero pronunciauit eſſe procedendum quum non debeat,tunc poteſt appellare, ſi exceptio, quæ deponebatur, erat legitima, quum tale grauamen non poſſit reparari per appellationem a diffinitiua, ſi enim iudex cogat

me

me litigare, parere non debeo, ſi talis moleſtia non poterit tolli per appellationem a diſfinitiua: quia continet grauamen conſiſtens in facto, quod cohæret perſonæ, ut dictum eſt, ideo autem reprobatur appellatio, quia exceptio dilatoria forte non fuerat iuſta, ergo a contrario ſenſu poterit appellari ubi opponitur exceptio dilatoria legitima & idem uidetur dicendum per eandem rationem in omni exceptione, quæ opponitur ad proceſſum, etiam ſi ſit peremptoria, ut exceptio iudicati, tranſactionis, iuriſiurandi, & ſimiles. & pro hoc uide quod not. Arch. in cap. cupientes. de elec. lib. 6. & Barto. ſuper l. antea, & l. ſeq. quæ incipit, eius qui. ff. de appel. rec. & in ipſis expreſsè tractat, & declarat prędicta, & maximè hęc ultima quę dixi de pronunciatione iuſta uel iniuſta, ſuper exceptione uel libello.

SVMMARIVM.

1 Vbi in teſtamento hęreditas non adita tutela & omnia quę inſunt in eo ſunt inutilia & inualida.

2 Tutor debet expreſsè promittere, pupillum defendere.

3 Eam defenſionem ſuſcipit tutor uel curator: quam ſuſciperent minores ſi eſſent maiores.

4 Ad hoc ut tutor poſſit adminiſtrare debet quatuor uel quinque facere.

5 Tutor pupillum teneatur in bona & mala cauſa defendere.

6 Decernendo tutorem iudex non ſedit pro tribunali.

7 Minor uigintiquinq; annorum tutor eſſe non pōt.

8 Clerici ſeculares uolentes poſſunt legitimè tutelam recipere & exercere.

De

De exceptione contra ~~uxorem~~ teſtamentarium.

CONtra tutorem teſtamentarium agentē pro pupillo obiice:quòd teſtamentū non ualuit:quia teſtator teſtamenti factionem non habebat,ut inſti.qui teſt.fac.poſ.§.fi. uel quòd non eſt ſolemne. C.de teſt.l.hac conſultiſſi.& de fideiuſſ.l. ex teſta-
1 mento † Item quòd ex eo, non fuit hęreditas adita,& ſic tutela,& omnia quę inſunt in eo.ſunt:inutilia, & inualida.ff.de reg.iuris l.ſi nemo & C.de fideiuſſo.l.eam quam,& maximè ubi pupillus inſtituitur.ff.de adminiſt.tut.l.ſi hęreditas.uel quòd teſtamentum eſt ruptum natiuitate poſthumi.C. de poſthu.heredi.inſti.l.1.& 2.uel agnitione ſui hęredis:quia teſtamentum etiam eſt ruptum, uel quòd eſt teſtamentum falſum.ff. de fal. l. ſi quis. Item obſtat:quòd non facit inuentarium.C.de arb.tute. l.fi.ff.de adminiſt.tut.l. tutor qui repertorium: uel quòd acceſit miniſtrationem, & diſtulit facere inuentarium.C.de admini.tut.l.ſancimus.item quòd fraudulenter in inuentario non poſuit omnes res pupilli,unde pro non facto habendum eſt. C.de curat.furio.l.cum furioſo.§. in prouincia, quia non uidetur feciſſe qui non fecit totum,ar.ff.famil. hęrciſ.l.hæredes.§. in illa. & l. planè. Sed ſatis in hoc excuſat proteſtatio quæ fieri conſueuit in fine inuentarii,quòd ſi plures res pupilli inuenerit uel cognouerit,eas ſcribet,& in inuētario apponet,quòd ſi poſt confectionem inuentarii reperierit de nouo alias res,& eas nō aſcripſerit,uidetur in culpa, ſed dic,quòd propterea non repellitur ab agendo, licet teneatur de ipſis reddere rationem,ar.C,de iur. de lib.l.ſancimus.§. licentia. Item quòd nec iurauit, nec promiſit utilia facere, & inutilia prætermittere.l.de creationibus.C.de epiſc.aud.Item quòd nō ſatiſdedit.C.de tuto.qui non ſatiſ.l.1.ſed hæc obiectio in tutore teſtamentario ceſſat.ut inſtit. de ſatiſda.

2 tiſda.tut.in prin.† Item quòd non promiſit expreſ ſè pupillum defendere,quod fieri debet.C.de admi niſt.tuto.l.fi.§.omnem,& circa hanc diſtinctionem ſuper l.fi.§.ſi defenſionem C.de adminiſt.tuto.utitur his uerbis,quia tutor,& curator tenetur defen dere,intendit imperator declarare,quia defenſionē
3 debet ſuſcipere. † Not.quòd eam defenſionem ſuſcipit tutor uel curator,quam ſuſciperent ipſi mino res,ſi eſſent maiores,& per ſe agerent. Ad iſtum §. opponitur, quia eſt adminiſtrator filii legitimus, attamen lex dicit, quòd ſatisdare cogitur l. inter omnes §.ſi filius,de fideiuſſ.ſolue ut ibi per Barto. ſed hoc non uidetur procedere,quia qui immobilia poſſident,non ſatiſdant de iudicio ſiſti l.ſciendum, qui ſatiſd.cog.& ibi not. quòd tutor debet ſpeciali ter promittere pupillum non dimittere & indefen-
4 ſum.† Et ſic not.quòd ad hoc,ut tutor poſſit admi niſtrare,debet quatuor,uel quinque facere. Primo debet accipere rem per decretum iudicis. Secundo debet inuentarium facere, & eadem l. tutor debet repertorium facere ff.de admin.tut.l.tut.Tertio de bet ſatiſdare, niſi ſit teſtamentarius, uel per inquiſitionem datus l. non omni eodem titu. Quarto debet iurare utilia facere, & inutilia pre termittere. Quinto debet promittere cum ſatiſ datione pupillum indefenſum non relinquere. Sed hoc dicebat Franciſ.Accurſii compræhendi ſub iuramento, quod præſtari ſolet communiter per omnes, quod non placet quum aliud ſit iurare, aliud ſit ſatiſdare, & promittere, & hoc te-
5 ne menti, per quod multorum tutorum facta re probabis. Barthol. Brunat. † Addas regulam; quia hic dicitur quod debet cauere omnimodo pupillum defendere per quòd ſupponit, quòd in bona & mala cauſa defendere debeat: ſed contra ff.eodem l.quotiens.§.ſicut.ſolutio intelligitur iſta ſecundum illam,& hoc oſtendit iuramen

tum,

tum in quo iurat utilia facere, & inutilia prætermittere. Item bonam fidem agnoſcere non prohibetur tutor ut d. §. ſicut ſecundum Franciſ. Accur. &
6 Cyn. † Item ꝙ decernendo tutorem iudex non ſedit pro tribunali ff. de confir. tut. l. naturali §. fi. in omni autem datione tutorum quattuor debent adeſſe, ut not. eo. tit. l. 3. Item obſtat, quod is qui decreuit, non habebat ius dandi, ſeu decernendi adminiſtrationem l. ius dandi. de tut. & cur. da. ab his.
7 † Item obiice, quod tutor eſſe non poteſt, qui minor. 25. annis ut C. de legi. tut. l. fin. Item obiice, quia datus ei, qui in poteſtatem non habuit, puta filio naturali, uel a matre, & ideo ſine confirmatione non tenet, ut ff. de confir. tuto. l. 1. & 2. & l. qui a patre naturali & C. eo. per totum Item obiice, quod eſt clericus in ſacris uel monachus, uel conuerſus, cui eſt interdicta tutela. ut in auc. de epiſ. & cle. §. deo autem & C. de epiſ. & cle.
8 generaliter & auc. præsbiteros. † clerici autem ſeculares uolentes poſſunt legitime tutelam recipere & exercere ut inſti. quia da. tu. poſ. §. recte. & de teſta. l. tutor. item obſtat quod plures ſunt tutores, & adminiſtratio diuiſa eſt, & alii adminiſtratio per iudicem conceſſa eſt, ut C. de admini. tuto. l. & ſi tutori. & de tranſac. l. age. ff. de admi. tut. l. plures.

SVMMARIVM

1 Qui confirmat datum uidetur dare.
2 Legitimos tutores nemo dat niſi lex. 12. tabul.
3 Legitimus tutor an præferatur datiuo.

De except. contra tutorem legitimum.

Nota † quod qui confirmat datum uidetur dare ut notanter colligitur ex text. l. i. §. neq; C. de uet. iure enucl. uerus igitur, poteſt induci in ar-

in argumentum.ad ſimilia uidelicet,iudex tutorém uel curatorem in ius legitime datum confirmauit, igitur operatur l.iſta talis confirmatio iuxta illud ꝙ not.in auc.quib^9 mediis nat.effi.l.§.ſi uero ſolutũ modo ac etiam dato per inquiſitionem,ut inſtit.§. i.& tenet Cyn.in l.non omni.& l.fi.§.omnem C.de adminiſt.tutorum.

MOdo ſequitur uidere de excep. quæ obiicitur contra tutorem legitimum contra quē obiicitur,quod non eſt talis. Item quod non eſt legitime conſtitutus, puta ſi dicatur ut quidam imperiti faciunt,talis iudex dedit & conſtituit tali pupillo talem patruum, uel auunculum ibi tutorem, qui ex his uerbis uidetur datiuus, quia
2 † legitimos tutores non dat, ſcilicet lex 12. tabularum.ff.de leg.tuto.l. legitimos. unde dici debet talis iudex tali conſanguineo pupilli cui a lege legitima tutela defertur ipſius tutelę adminiſtrationem dedit, & decreuit,unde preſtito iuramento & ſatiſdatione dicatur,Qui quidem tutor iudicis auctoritate & decreto adminiſtrationem dictæ tutelæ adiuit, & uidetur C.de leg.tutel.l.etiam ſicut & ff. de tute.l,ſi quis ſub conditione.Itē obſt. quod non ſatiſdedit,ut C.de tuto. qui nō ſatiſ.l.i.item quod nō fecit inuentarium,& quod non interuenit iudicis decretum ut dixit ſupra in teſtamentario. item obiice, quod non recepit tutelam infra annum
3 C.de leg.tut.l.ſciant.† Sed queritur utrum legitimus preferatur datiuo,dic quod ſic, ut inſti.de tutel. §.fin.& eſt ſciendum, quod legitimus inuitus ad tutelam cogitur,ut ff.de leg. tutel. l. legitimos.

SVMMARIVM

1 Tutela quę defertur matri uel auię an ſit legitima uel datiua & quæ ſit eius forma numero 3
2 Vitricus poteſt eſſe tutor ſui priuigni.

3. forma tutelae.

De

De tutela feminarum.

1 SI † autem mater uel alia fœmina ſit tutrix, quæ tutela dicitur anormala, ſeu extraordinaria, pro eo quod non eſt legitima, neque teſtamentaria neque datiua, teſtamentaria non qui lex prohibet fœminam dari in teſtamento. ff. de tutel. l. fin. & de teſta. tutel. l. iure noſtro, & ſi datur ius adminiſtrandi, non tamen habet ius conſtituendi actorem, ſi enim non ualet tutelę datio quod eſt principale, non ualebit actoris conſtitutio quę ex ea ſequitur, quia ubi non ualet principale, nec acceſſorium. Item non eſt legitima, quia per l. proponitur omnibus legitimis & datiui C. quando mul. tut. offic. fun. po. l. 2. quod alias non eſſet, quia teſtamentaria præfertur inſti. de leg. tute. in prin. Item tutor legittimo agnato præfertur ff. de leg. tuto. l. 1. femina autem non eſt agnata, ſed cognata per femineũ ſexũ coniuncta. ff. unde leg. l. 1. Item non eſt datiua quia munus tutelę eſt neceſſarium, fœmina autem non cogitur, ut modo dixi, dicitur autem anormala, ſed dici poteſt hodie quod mulier ſit legitima, ut dict. auc. matri. Hęc autem prohibito, ſeu probatio, quod femina prohibeatur a tutela, regula eſt ut dict. l. femina, & de regu. iur. l. 2. ſed iure auctenticorum ſpecialiter matri & auie tutela filiorum & nepotum ſubire conceditur contra matrem autem obiice, quod eſt minor 25. annis. C. de leg. tutelę l. fin. Item quod tranſiuit ad ſecunda uota propter quod priuatur tutela dict. auc. mater. † Victricus autem bene poteſt eſſe tutor ſui priuigni. C. de contra. iudi. tutel. l. ſi pater. Item obiice quod in tutelę ſuſceptione non ſatiſdedit rẽ pupilli ſaluam fore, & quod non renunciauit ſecundis nuptiis, & ideo adminiſtrationi ſe immiſcere non poteſt. ut C. ſi tutor non ſatiſdedit. l. 1. & 2. & de

& de hęred.quæ ab ineſt §.ex his. Attẽde tñ ꝑ pdi ƈtã auc.matri,& auię q̃ eſt ĩ corpore auc.de hęre.q̃
3 ab ineſt. §.ex his.coll.7. † Cum quęritur quę ſit forma tutelæ, dic quod no. ſic concipiet ſtipulatio nem, conſtituta talis ante pręſentiam talis iudicis ordinarii petit ſe admitti, & ſibi decerni tutelam Titii & Bartholomęi filiorum ſuorum pupillorum tutorem teſtamentarium non habentium cum eorum tutela ſibi ante cæteros tutores ſecundum iuris ordinem deferatur qui iudex pro tribunali ſedens eandem d. pręſentem eius filius tutricem conſtituit. Quę promiſit eidem iudici, & mihi notario pro ipſis pupillis ſtipulanti,& corporaliter iurauit per ſacras ſcripturas omnia & ſingula ipſis pupillis utilia facere, & inutilia prætermittere, eorumque bona res, & perſonam fideliter conſeruare & cuſtodire, & inuentarium facere,& adminiſtrationis rationem, finita tutela reddere, & reliqua reaſſignare. Renuncians ueleiano ſenatuſconſulto, ſecundis nuptiis, & omni legum auxilio, de his omnibus plenè certiorata, cuius tutricis precibus & mandatis talis fideiuſſit, & renunciauit &c. Cui actui ſic legitimo idem ſedens ſuam auctoritatem interpoſuit, & decretum dicens, eſto tutrix, & exnunc licentiam adminiſtrandi tibi auctoritate,qua fungimur, damus; atque concedimus.

SVMMARIVM.

1 Tutela qualiter finiatur.

2 Monachi habentur pro mortuis mundo, & nihil poſſident quum ab aliis poſſideantur, num. 2.nec habent uelle nec nolle & pro ſeruis reputantur.num.3.

4 Sicut piſces non poſſunt uiuere ſine aqua. ſic nec monachus ſine clauſtro.

Abbatibus

Forma Iubte

4 Abbatibus & prælatis qui per electionem præficiũtur omnis administratio de rebus eccleſiæ eſt conceſſa.

De exceptionibus generalibus contra tutorem

EXceptionibus generalis contra quemlibet tutorem, multa enim fieri poſſunt generaliter, nam unum non obſtat ideo aliud ſuper aliud declaratur uidelicet, quod tutela eſt finita. ff. de tute. & ra. di. l. licet finita per exceſſum 14. annorum in mare 12. in fœmina. ut inſtitu. quibus modis tutelam fini eaque finitur morte etiam pupilli uel tutoris, dictis iuribus notatur. Item quod datus eſt tutor in teſtamento non ſolenni, uel cuius non eſt adita hęreditas, uel annullata propter ſecundum teſtamentum qui omnes caſus numerãtur. ff. de iniuſto rupto & irri. teſtamen. l. 1. Item ab eo qui non habuit teſtamenti factionem ut inſtit. qui teſta. fac. poſſ. in fin. Item quod datus eſt tutor in codicillo, qui non fuit confirmatus in teſtamento ff. de tuto. l. 3. ar. contra inſti. de tuto. §. non tamen.

De exceptionibus contra monachum

SI contingat aliquem monachum regularem uel religioſũ agere aliquid ſuo nomine uel ꝑ eccleſia petendo obiice, quod quum ſit alterius obedientiæ ſuppoſitus non eſt audiendus, ſine ſui abbatis, uel prioris licentia, uel alterius ſuperioris, nõ poteſt in iudicio ſtare extra de regu. cap. i. 16. quæſtione 1. cap. monachi non enim licet eis publicè tractare litigia ut extra de ſtatu mona. cap. relatum
1 † quia pro mortuis habentur mundo, ut in auc. de nupt §. ſerui, uel ſunt ſerui, & de monachatu cogitare debent C. de epiſco. & cleri. l. repetita. Item nihil habent. quoniam in eorum ingreſſu dedicarunt

runt omnia ſua, §. illud quoque, & C. de ſacroſanc. eccle. auđen. ingreſſi. 16. q. 1. c. 1. 2. quæſtio. 7. c. pla
2 cuit. † Itē ipſi nihil poſſident, quū ab aliis poſſideā-
3 tur, ut ff. de adult. l. nec in ea. † Itē non habēt uelle nec nolle, 12. q. 2. c. non dicatis, & pro ſeruis reputā-tur, ut 4. diſt. cum multis, ſerui autem agere nō poſ ſunt, ff. de iudic. l. lis nulla. Item quia nō debent ua gari extra clauſtrū: ſed eodem eſſe contenti, ut 16.
4 q. 1. placuit. † Nam ſicut piſces non poſſunt uiuere ſine aqua, ſic monachus ſine clauſtro, ut ibi quum ergo, ut dictum eſt ſupra, poſſunt habere exercitium actionis, ut not. Inno. extra de proba. in præſentia, immo tam pro iniuria eis illata quam aliquo iure quod ex perſona eis competit, nec ipſe, ſed abbas eius agit, ut C. de epiſcop. & cleric. auđ. eam quam, in corpore autem apud quem oportet cauſam dicere, ueruntamen poſſunt facere eccleſię ſuum abbatem accuſando, extra de accuſa. c. ex parte, & hoc niſi ſuo abbati, priori, propoſito, uel
5 alio prelato adminiſtratio ſit conceſſa. † Nam abbatibus & huiuſmodi prælatis, qui per electionem præficiuntur, omnis adminiſtratio de rebus eccleſiæ eſt conceſſa, 12. q. 1. c. expedit, & ſunt diuerſarum rerum ſicut ciues rerum uniuerſitatis, ut ibi not. Monachus enim ex cōmiſſione recte agit, quia ut officialis eius cui debet preſtare reuerentiam & obedientiam not. Hoſt. extra de reſti. ſpo. in c. cauſam, & c. ex literis, tutius tamen monacho eſt, ut cum ſuo conuentu uiuat, & ordinet.

SVMMARIVM.

1 Marito & uxori non licet edere inter eos famoſas actiones.
2 Filiusfa. ſine cōſenſu patris non agit nec defendit.
3 Quantum tempus intelligatur diu.
4 Ante conditionem non eſt nata actio.

5 Maiores magiſtratus nec agunt nec conueniunt durante eorum adminiſtratione.
6 Actor in ſuo libello plures intentans actiones nõ eſt audiendus.
7 Pater agens ad dotem ſine conſenſu filię, uel econtra repellitur.

De exceptionibus contra ſuo nomine agentes.

Dictum eſt in titulis ſuperioribus de exceptionibus, quæ obiiciuntur contra eos, qui proprio nomine experiuntur. Regulariter autem quiſquis ſuo nomine poteſt agere, niſi aliquo iure prohibeatur, puta per ætatem, unde obiicitur ei, quod ſine tutore, quando eſt pupillus, uel ſine curatore, quando eſt adultus, non poteſt agere. C. qui legi. perſo. in iu. ſtan. non ha. l. 1. & 2. & C. de auctο. præſtan. Nec uidetur audiendus adultus, etiã ſi offerat ſe iurare non contrauenire propter ætatẽ quia aduerſario ad hoc reclamante, non auditur, licet enim iuramentum repreſentet eum maiorem, ut auct. ſacramenta puberum, tamen illud locũ habet ſi præſtitum ſit, non ſi ſit præſtandum, & ideo aduerſario petente, dãdus eſt curator ẽt inuito adulto. inſti. de cura. §. itẽ inuito. Itẽ in omnibus pupillis, de quibus per ſpec. in tit. de actore, §. 2. & colligitur, C. ſi de momen. poſ. & qui leg. perſonã ha. l. ſi.

1 Item excipe, ꝙ agens eſt excõicatus.† Itẽ obi. marito & uxori, ꝙ non licet inter eos intentare famoſas actiones conſtante matrimonio, ff. rerum amotarũ l. 1. & C. eo. l. diuortii. Item obi. quod non purgauit contumaciam cum ſatiſdatione expenſarum cauſa litis factarum, & cum ſatiſdatione de iudic. ſiſti, etiam ſi immobilia poſſideat, Codice de iudi. lege ſancimus, in auctẽn. de exhib. reis, §. igitur. Item obiice quod de eadem re duplici uia agit. ſcilicet ciuiliter & criminaliter, unde eſt repellendus, C. quan-

C.quando ciui.act.cri.priu.per totũ,niſi in caſu, ut
2 eo.tit.l.1.† Item quod eſt filiusfamilias,qui ſine cõſenſu patris non agit,nec defendit,ut C.de boniſq; lib.l.cũ non ſolũ præterquã in cauſa criminis, quia quo ad ius publicũ reputatur idoneus,qui ſtare poſſit in iudicio, & debeat, ff.ad trebel.l.nam quod,& preterquam in caſtrenſi peculio.ff.ad macedon.l. uſque C. de inoffi.teſta.l.fin.& idem ſi agat contra patrem, quia inter eos, quos in poteſtate habemus, non poteſt iudicium eſſe, etiam impetrata uenia, ut C. de in ius uoc.l.fi.& de inoffi. d. l. 2. Attende tamen quod patris conſenſus operatur ſolum, quod filius ſit integer homo ad agendum, ut d. l. non ſolum,non autem ſupplet defectum filii,ideoque filiũ impuberem patris conſenſus non obligat impediẽte ætate, ff. de uerb.obl.l.fin.§ pupillus. Item obſtat quia fideiuſſor agit contra debitoré, ut eũ eximat a fideiuſſione, ob quod antequam ſoluat, agere non poteſt.ff.de condic.indeb.l.indebitum, fallit in quatuor caſibus, qui leguntur,ff.mandati. l. lucius. Primo ſi condemnetur. ut d.l.lucius. Secundo
3 ſi ſtetit diu in obligatione, ut ibi. † Sed quantum tempus intelligitur diu, reſpondeo decennium. ff. qui & a quibus.l.ſi fideicommiſſo.§. ariſto. uel uerius arbitrio iudicis.ff.de iure delib.l.1.in fi. Tertio ſi obtulit, conſignauit,& depoſuit, ut ff. mandati. l.qui mutuum.§. fideiuſſor. Quarto ſi hoc actum eſt, ut ad tempus teneatur, ut ff.eo.tit.1.& C. mandati.l. ſi procurator. Quinto ſi cępit bona ſua diſſipare reus, ut dicta l. luctus, alias non niſi ſoluat, ut de condic. indebiti. l. indebitum. Item obiice contra agentes, qui agunt ante conditionem & diei euentum, quia male agunt, ut ff. de uerb. ſig.
4 l. cedere diem. † Non enim ante conditionem nata eſt actio, ut inſtit.de uerb.obli.§.ex conditionali, alias ſub conditione, & ideo ſine actione nemo experitur, ut ff. de adminiſtratione tuto. lege

Debitor ... liberari fideiussore a fideiussione

quæritur,§.ſi intra tempora.Item contra debitorem agentem pignoraticia, antequam debitum ſoluat, quia ante non nata actio.ff.de pig.act.l.ſi ré,§.omnis. Item obiice contra commodantem, ꝙ agit petẽdo rem ante completam conditionem,ff.commodati,l. in commodato,§. ſicut. Item contra emptorem petentem rem ſibi tradi ante precium numeratum, ff.de act.emp.l.talis,§.offerri,inſti.de rerum diui. §. uenditę.Item obſt. quod non poteſt agere pendente quæſtione ſtatus,ut ff.de condi.cau.da.alias de con ditione, & hic tali.l.3.§.duæ cauſæ,C. eo.l.2. & 3.
5 † Item obiice contra maiores magiſtratus, qui nec agunt, nec conueniuntur durante eorum adminiſtratione,ff.de iudic.l.pars literarum. Item obiice,
6 quod † actor in libello ſuo plures intẽtat actiones, unde non eſt audiendus, niſi eligat: quæ exceptio oppoſita proceſſum litis impedit, ut not. ff. de leg. tertul.l. cum filius, §. uariis. Quum excipitur de actionibus contrariis, ſiue diuerſis. Primo caſu repellendus eſt actor, quia propo nens contraria non auditur,ut C.de fur.l.fi.de cõdi.& demõ.l.fi.aut nõ cõtrariæ,ſed diuerſæ,& tunc ſubdiſtingue, quia aut omnino idem, aut diuerſa, pono caſum, libellus impeditur, quia non procedit,niſi eligat alteram. ff. de tribu.l.quod in hæredẽ,§.eligere,ut ſi ea electa, ſuccumbat, non auditur in alia ut ibi. ſi uero ad diuerſa,non repellitur,ff.de iudi.l.nunquam, quia diuerſa neque poſitiuę,neque reuocatiuę tolluntur, ff.de acqui.poſ.l.naturaliter,§. nihil & ibi no. Item obiice,ꝙ actor eſt famulus iudicis, coram quo conueniri facit reum quod eſt prohibitum, ff. de iuriſd. om.iudi.l.qui iuriſd.præeſt.Itẽ, ꝙ reus reconueniẽs actorem non corã eodẽ iudice, ſed corã extraordinario reconuenit, quod eſt prohibitum, ut in auct. &
7 conſequenter,C.de ſent. † Itẽ, ꝙ pater agit ſine conſenſu filiæ,uel ecõtra ad dotem,ff.ſolu.mat.l.2.glo. 2.uide diffuſe ibi doct.§.ꝙ ſi in patris.Itẽ obiice, ꝙ

non

non audiatur actor in ſecūda citatione,quia in prima fuit contumax,niſi ſoluat reo expenſas, & ſatiſdet de lite proſequenda, de do.& contu.c.actor.l.6.

SVMMARIVM

1 Ceſſionarius agens non tenetur docere de ſua ceſſione ante litis conteſtationem.

2 De exceptionibus contra abſentem ut procuratorem in rem ſuam.

CIrca iſtam materiam multa omitto, quę ſunt generalia, & colligendo inter alia, quæ quotidię practicantur, no. quod † ceſſionarius ius a-
1 gens non tenetur docere de ſua ceſſione, ante litis conteſtationem, quamuis de ceſſione negetur ab aduerſario, non magis quam hæres ex teſtamento, uel ab inteſtato debet docere, ſe inſtitutum, uel coniunctum defuncto, uel agens rei uendicatione docere ſe dominum rei petitę, hæ enim exceptiones peremptoriæ ſunt, quia niſi actor probet contrarium interimitur, & reiicitur a ſua intentione,& ideo non tanquam peremptorię ſunt probādę ante lit.conteſt.ut d.l.de exceptionę,de except. perempt. obiice igitur quod procurator nomine rei comparens in citatione cum mandato, non eſt ad agendum & defendendum, quod requiritur extra de procur.c.petitio.Item ꝙ nō eſt releuatus ab onere ſatiſdandi,ut inſti.de ſatiſda. §. ſi uero, & §. ſeq. Item quod conuenitur aliqñ de caſibus, in quibus perſonaliter,& non procurator tenetur quis comparere puta in caſu reddendę rationis,& aliis qui not. extra de procur.c.1.Item obiice ꝙ eſt incertus,quia non continet contra quem, uel ad quem, & in qua cauſa ſit conſtitutus procur. extra de procur. cap.petitio. Itē obſtat, quod ad litis futuras tantū

 ſit

ſit conſtitutus. Item quòd eſt conſtitutus a tutore contra legem neq; C. de procu. uel eſt conſtitutus a minore ſine auctoritate tutoris, ut ibi.

SVMMARIVM.

1 Libelli oblatio cauſę eſt initium.
2 Iudicium ſumit uires per litis conteſtationem.
3 Dilatio quorum lex ſit.
4 Aliud eſt bonorum poſſeſſio quę denotat ius & aliud poſſeſſio bonorum quę denotat factum.

De diuiſione omnium exceptionum.

Expedita materia obiectionum, quę poſſunt obiici contra perſonas alieno nomine agentes, & defendentes, ut patet ex Rubricis, conſequenter tractandum eſt de exceptionibus obiiciendis contra litem puta contra libellos, ſi enim actor & reus uel eorum procuratores ita ſunt legitimati, ut contra eorum principales non obſtent exceptiones oppoſitę, & quod proſequendum reſtet a dicta proſequutione incipiens actor ad libel
1 lioblationem ueniet † quę eſt cauſę initium, ut colligitur in auct. offeratur, & in auc. ad exhibendum, de exhibend. reis. §. ſancimus, & reus ad reſpondendum ſe offeret, ut dicta auctent. offeratur: eſt enim libellus ab actore ſupplicante exhibendus, & per eum offerendus iudici & parti expenſis ipſius actoris, ut nota. in dicto §. ſancimus, & extra de libel. obla. c. 1. & quid ſit libellus, not. in dicto §. ſancimus, ibi etiam notatur, quòd idem eſt libellus, quod eſt petitio. Item notatur ibi quòd cauſa inuenit initium pluribus modis, licet prima pars initii ſit citatio, quia quodlibet expediendarum actionum initium ſumit ab hac parte, ut inſtit. de pœn. teme. lit. §. omnium, quum contra non citatum minimè ualet proceſſus, l. am-

libellus quid ſit.

plius.ff.rē ratā hab.Item quia uſq;ad litis cōteſta. pōt mora purgari.ff.de arb.l.ſi cum dies.§.fin. & de uer.ob.l.ſi inſulā.Itē quia poſt lit.con. non pōt iudex re cuſari,ut l.apertiſſimi. C. de iudi.nec forum declinari.de iudi.l.1.& 2.multā alia facientia litem conteſtari. ut not. ff. de regu. iur. l.non ſolum.

2 † Idcirco. dixit lex quod iudicium ſumit initium per litis conteſta. C. de condi.indebiti.l.quod quis & de lit.conteſt.l.3.dato ergo libello, iudex ſtatuat terminum aduerſario ad deliberandum & reſpondē dum libello, & ad ſuas exceptiones opponendum.

3 † Sciendum eſt enim quod duplex eſt dilatio,ſeu termini aſſignatio: una eſt ad probandum de iuribus ſuis, alia eſt ad probandum oppoſita, ut colligitur.ff.de excuſa. tute. l. quinquaginta.contra libellum ergo poterit reus opponere infinitas exceptiones ſecūdū factorū qualitatē.coll.inſt. de exceptio. §. hoc conſtiterit. tot enim ſunt exceptiones, quot ſunt rerum contrahendarum obligationes. ff. de uerborum obliga.l.obligationum autem.§. conuentionales.nemini enim ſua defenſio eſt ſubtrahenda. ff.de iure ſiſ. l. facultas. ff.de pecu.l. ſi non defendatur; quæcunque autem exceptiones propoſitę ſi quidem uerbo tenus excipiatur dicat actor domine non eſt audiendus reus,niſi excipiat in ſcriptis.extra de offic.deleg.c. prudentiam §.ſexta & attendat excipiens ut ſuas exceptiones recte,& uerbis competentibus proponat, quia proponens inepte repellitur. ff.de flumi.l 1.§.labeo. & breuis mutatio uerborum mutat rei effectum. 3. q. 8.cap. in grauibus, & not.de uſu & habit.l. per ſeruum §.fin. & facit ad idem l.prolatam,unde dicit

4 lex quod † aliud eſt bonorum poſſeſſio, quę denotat ius, aliud poſſeſſio bonorum, quę denotat factum ff. de bon. poſſ. l. 1. §. 1. & 2. Item debet attendere, ut poſt litem conteſta. dilatoriam non opponat, alias repellitur, & punitur.

nitur ff. de exceptio. l. ultima, & facit quod in principio uel in fine adducit, illas exceptiones ſimpliciter proponat, & ſucceſſiuè arg. l. gallus ff. de liberis & poſthu. unde de his quęritur ſingulariter, ſimpliciter, & non ſimul, maximè quando ſunt præiudiciales, uel contrariæ, ut inſtit. de actio. §. præiudicialis. Item in fi. uel in principio dicat, & proteſtetur, quòd ad omnes eas probandas ſe non aſtringit, ſed ad eas: quæ ſibi ſufficiant pro uictoria ſuæ cauſæ. Nam ſecundum Canoniſtas, hoc ommiſſo, ad omnes probandas tenetur, ut extra de probat. c. licet, ad quod facit ff. de appel. l. ſcio, ſed de iure ciuili uidetur ſufficere ſi id ſolum probet, quod expedit, ut ff. de uerbor. ſigni. l. ſæpe, §. cum uero, caueat præcipuè excipiens poſitiones, exceptiones, & articulos, alias replicationes, ut proponat per uerba alternatiua, uel diſiunctiua ſcilicet per uel, aut, & ſiue, hæc enim incertitudinem pariunt, ut l. hæc uerba ille aut ille, ff. de uerb. ſig. unde ſunt reiiciendæ, ut ff. de iniur. l. prætor edixit §. quod autem, & de uerb. ſig. l. alienæ §. fi.

SVMMARIVM.

1 Dilatoriæ exceptiones quæ dicantur.
2 Libellus in quo nomen iudicis non continetur an procedat.
3 Libellus ineptus & oſcurus conceptus per uerba incerta non procedit. nu. 6.
4 Clericus ſub iudice ſeculari reſpõdere nõ tenetur.

Quæ dicãtur excep. dilatoriæ, & de ipſis dilatoriis.

1 Exceptiones † dilatoriæ ſunt itaque ille, quæ propriæ habent elidere & uulnerare actiones ppoſitas ab actore, & non habent omnino interimere intentionem agentis, ſed ad tempus differre, unde

unde dictæ ſunt dilatoriæ,quia dilationem parant, quia ea propoſita & probata,actor & interim a ſuo iure ſuſpenditur,ut ſunt omnes exceptiones ad tẽpus collidentes.Nam durante impedimento exceptionum ſilere debet actor,ſed impedimento ſublato,uel adimpleto,exceptio obiecta ſuis uiribus deſtituitur,utputa offer.libellum in actione reali petendo rem talem,contra quam reus obiicit,ꝙ res petita non eſt ſufficienter deſignata. Nam ſic res mobilis,quia non continet colorem,nec nomen libri, uel uaſis,nec ponderis,uel qualitatem,argentũ,uel alterius metalli,hæ propoſitæ impediunt proceſsũ libelli de rei uendi.l.ſi rem & depoſiti l.1.§.ſi ciſta cum ſimi.Item ſi res eſt immobilis obiice, ꝙ eſt incerta,quia non dicit in libello ſaltem confinia deſignata.ff.de cen.l.forma. Item ꝙ non concordat narratio cum concluſione, & quia ineptam continet actionem,ut ff.ſi menſ.fal.mo. dix. l.1. §. 1. uerum eſt,ꝙ hæc eſt optima cautela non opponere expreſſam,ſed in genere exceptionem ineptitudinis,quia actor libellum ſuum corriget, & procedet. Tenent ergo quidam aduocati rei, ut in genere tantum de ineptitudine proponunt, & inſtantiam exprimunt, & oſtendunt ineptitudinem, & ſic faciunt reum abſolui, quia poſtquam conſtat de ineptitudine, abſolutio ſequitur, & debet actor redire ad aptam per d. l.1.§.1.ff.menſ.falſ.mo.dix. & ibi no. Alii uero ab initio opponunt expreſsè contenti cõſequi honorem,ꝙ faciant libellum corrigi. Ergo eo correcto procedit libellus, dummodo ſcias, quòd non licet libellum corrigere, quin oporteat in ueteri quærela perſiſtere,ut in auc.de litig.§.omnem quæ eſt C.quomodo & quando iud.auc qui ſemel.

2 † Item potes obiicere,quòd in libello non continetur nomen iudicis coram quo agitur,unde repellitur,quia iudicium eſt actus trium perſonarum,ſcilicet iudicis actoris & rei,ut in c.forus de uerb.ſign.

Item

Item obiice, ꝙ non continet expreſſe quid petitur: ſcilicet rem tradi, uel reſtitui, quoniam ex hoc reiicitur, quia nihil concluditur, arg. ff. de uerb. obl. l. ſi rem tradi, & l. ubi, §. fi. Si uero agitur perſonali, obiice, ꝙ libellus non continet rem, quantitatem certam nec cauſam petendi, puta exceptionem commodati, uel depoſiti. Quo caſu non procedit ff. de anna. excep. l. ſi ex mutuis, quia tunc non habet omnes comitantias, & ideo non procedit, ut not. plenè ff. de eden. l. 1. extra de lib. ob. c. 1. & in auct. de exhib. reis §. ſancimus in magna glo. Plures enim ſunt cauſæ acquirendi dominium & poſſeſſionem ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. generaliter, nam altera exprimenda eſt.
3 † Item obiice, quòd libellus eſt ineptus & obſcurus, conceptus per uerba incerta, unde non procedit ff. de in diem adiec. l. cum duo. uel per uerba generalia. Ita quòd reus plenè deliberare non poteſt, generalitas enim parit obſcuritatem ff. de iure fiſ. l. ita fidei. Item quòd iudex coram quo eſt latrunculator, qui de reali cognoſcere non poteſt ff. de iudi. l. ſolemus. §. latrunculator.
4 † Item quòd eſt clericus, qui ſub iudice ſeculari reſpondere non tenetur, extra de iudic. at ſi clerici, & de foro competen. ſi diligenti, quia ipſo iure iudicium eſt nullum, ut dicto c. at ſi clerici. Extra

SVMMARIVM.

1 Ante lit. conteſt. poteſt dilatoria exceptio obiici.
2 Reus eſt in exceptionibus ſuis actor.

Quando exceptiones dilatoriæ proponantur.

1 SEquitur † uidere de ſecundo membro diuiſionis, quando exceptiones dilatoriæ proponantur, & certum eſt quòd proponendæ ſunt certo ordine poſt libelli oblationem tamen, ante lit. conteſta,

ut

ut C.de procu.l.ita demum & ff.eod.l.pomp.§.rati. Ibi autem notatur, quòd ante lit.conteſt. poteſt di latoria obiici C.de except. l.fin.tamen in ipſa litis conteſt.uel ſtatim poſt obiici poteſt, ut dicto §.notatur, ſed poſtea non, immo grauiter punitur, qui poſt lit.conteſt.eam opponit, ut d.l.fin.& dic quòd exceptiones proponuntur a reo. Nam exceptiones ſunt arma reorum ff.de except.l.2.inſti. de repli.in princ.& rationabiliter reo incũbit onus probandi.
2 Quia † reus eſt in exceptionibus ſuis actor. ff. de excep.l.1.ſed fallit quando reus in exceptione ſua nihil petit, ſed pactum alias factum negat, ut in exceptione non numeratę pecuniæ, quia actori onus probandi incumbit, ut d.l.1. quę quidem probatio dilatoriarum fiet ante litem conteſtat. infra terminum a iure ſtatutum, & hęc generaliter in his quę contra perſonam obiiciũtur. Quia ipſę impediunt litem conteſt. non enim ut ſupra dixi, eſt ad conteſt.litem procedendum, ea appoſita, & ideo ante probanda eſt ff.de iure codicil.l.quidam referunt.

SVMMARIVM.

1 Exceptio peremptoria quę dicatur.
2 Tempus non currit ei qui agere impeditur.
3 Exceptiones perpetuę & peremptorię temporales & dilatorię quę dicantur.
4 Exceptiones peremptorię quando obiiciantur, & infra quantum tempus probandę ſunt.nu. 6.
5 Exceptio concluſionis poſt ſententiam obiitur.
7 Lites ſopitę non debent iterum retractari.
8 Peremptoriæ exceptiones, per quos & cõtra quos proponendę ſint.
9 Exceptiones peremptorię qualiter & quibus uerbis proponantur.
10 Quomodo ſuper exceptionibus pronuncietur.

Ex

11 Ex obiectu exceptiōis probatę.an poſſit puniri is contra quem fuit obiecta,

De exceptionibus peremptoriis.

NVnc ad materiam exceptionum peremptoriarum procedamus. Primo quæritur quid ſit exceptio peremptoria, & unde dicatur. Secundo quę ſunt exceptiones, quę peremptorię iudicantur. Tertio quando obiiciantur, & infra quantum tempus probandæ ſunt. Quarto per quos, & contra quos opponendę. Quinto quomodo, & quibus modis proponantur. Sexto & ultimo quomodo ſuper eis pronuncietur.
1 † dicitur autem exceptio peremptoria, quia ſemper obſtat, & repellit agentem, adeo quod quandocunque etiam poſt centum annos obiici poteſt agenti quum enim non ſit in preſtate rei, quando actor experiatur, ſed in ipſius actoris preſtate tantū ff.de except.l.pure. §.& regula iuris qui alterius,ut negligenter actore ſuam proſequente actionem ius excipiendi reo competens curſu temporis non peri
2 matur. † Non. n.currit tempus ei qui agere impeditur. C.de anna.excep.l.1.& propterea quæ annalia ſunt ad agendum,perpetua ſunt ad excipiendum.ff.eodem l. 1. in princ. dicitur autem peremptoria,eo quod conſequens ex ſuo nomine, quoniā probata perimit l.fructus.C.de tranſac.& in l.1. ff. de re iud.l. 1. ff.de iureriur. & in l.fi.ff.pro ſuo not.
3 ff.de iud.l. 4. & inſti.de actio. §. appellatur.† Appellantur autem exceptiones alię perpetuę & peremptoriæ alię dilatoriæ & temporales, perpetuę & peremptorię dicuntur quia ſemper agentibus obſtant & ſemper rem, de qua agitur, qualis eſt exceptio doli mali & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, quum ita conueniunt contrahentes, ne ab eo pecunia petatur temporales

 & di-

& dilatoriæ ſunt,quæ ad tempus nocent,& tempo-ris dilationem tribuunt,qualis eſt pacti conuenti & ſimiles quę differunt actionem,quæ autem differũt actionẽ differre debent & exceptionem,ut poſt tẽ-pus agatur ideo exceptiões dilatorię apellãtur.alio quin ſi infra tẽpus egerit obiectaque ſit excep. nec eo modo quicquam conſequitur propter exceptio-nem,nec poſt tempus olim agere poterunt, cum temere rem in iudicio deducebant qua ratione cau-ſam amittebant, hodie autem non ita ſtricte, ſed quum ante tempus obligationum litem inferre quis auſus fuerit,zenoniane conſtitutioni ſubia-cet.ſecundo dic.quod exceptiones peremptoriæ ſũt multę ut ſupradictum eſt ſcilicet doli mali ut de do-lo.l.eleganter. Item ſanctum pactum de non petẽ-do,ut d.§.appellantur. Item uſucapionis & prę-ſcriptionis ut C.& ff.de preſcript.per totum. Item ſolutionis,hęc tamen eſt quandoque dilatoria, ut quando ſolutio differtur pacto, uel lege. ff. de iu-di.l.ſed & ſi. & de uerborum obli.l.interdum.quan doque etiam eſt peremptoria, ut quum reus dicit ſe ſoluiſſe, quia ſolutione eius quod debetur om-nis tollitur obligatio ut inſti.quibus mod.tol. ob-

4 lig.in prin.† Tertio dic, quod tempus exceptionũ excutiendarum eſt duplex ſcilicet probationis. Primo enim debet iudex ſtatuere terminum ad ex-ceptiones obiiciendas, & proponendas, quibus propoſitis, ex uerbis uirtus earum eſt examinan-da, ſi admittendas eas duxit, ſuper admiſſione ſtatuet iudex ad eas probandas terminum.ff.de ex cuſa.tut.l.quinquaginta. Item tempus obiicien-di peremptorias eſt poſt lit.conteſt.uſque ad ſen-tentiam C. de excep.l. præſcripto. quod intellige niſi per iudicem cauſa cognita reſtricta ſit propo-nendi poteſtas ff.de re iud l. 2. quia tunc poſtea non auditur, ut d. l.2.& extra de except.cap.pa-ſtoralis quia elapſo termino, nullla uia produ-

ctionis

ctionis remanet ut ff.de excuſ.tut.l.ſcire oportet. §. 1.denegatur enim ei poſt lapſum termini iura talia eſſe competentia ff.de acquir.hære.l.quandiu uerus. ſin autem,& ideo eſt aduertẽdum in exceptionibus dilatoriis,in quibus ſi iudex certum tempus ſtatuat ad eas proponendas, quod eo elapſo proponi non poterunt,quamuis de tempore ad lit. conteſt. ſuper ſit,ut plene notat Dyn.extra de regulis iuris.cap.in dultum niſi iurauerit poſt lapſum termini ad eius noticiam nouiter perueniſſe, ut dicto cap.paſtoralis ſciendum eſt quod quędam ſunt peremptoriæ, q̃ ẽt poſt ſententiã obiiciuntur, de quibus plene notatur.C. de iuris & facti ignorã.l.1.ut puta omnes exceptiones hę reddunt iudiciũ nullũ.ff.de iudic. l. ſi p̃tor.C.ſi ex falſ.inſtru.per totũ.& ff.de appel.l.ſi expręſſum. ea enim probata, debet iudicium tanquam nullum denuo inchoari ut ibi., quædam enim ſunt, quę in ipſa executione, aliquando reſeruantur. ſi prius obiicitur non potuerunt, ut eſt beneficinm ceſſionis, ut ff. de fideiuſſ.l.fideiuſſoribus. §. idem. & C. eodem l. fideiuſſor. in fin.

5 †. Item exceptio concluſionis poſt ſententiam obiicitur, ut ff. de inoffic.teſt. l. ſi ſuſpecta. ubi Bar. & per Innoc.plenę in cap. cum ſuper. de re iudi. Item condemnatus ad rem tradendum poteſt ſoluere eſtimationem rei, ad quam in iudicio condemnatus fuit.ut nota. de auro & argen. lega. in l. ticio.& dic quod quędam ſunt exceptiones, quæ habent uim peremptoriarum, & dilatoriarum,ſicut excep.excommunicationis,& falſi procuratoris quæ ſpeciali iure proponi,& probari poſſent ante lit.conteſta. C. de procur. l. licet. extra de excep. cap. pia. & predicta intellige quando ſententia non eſt appellatione ſuſpenſa. nam tunc in cauſa appellationis tam peremptorias quam nullitatis, & omnia ſua iura poterit proponere. unde dicitur non probatum probabo. C.de. temp.

app.

app.l.per hanc. & extra de teſti. cap.fraternitatis. Licet autem dixerim, quod peremptorię uſque ad ſñiam proponuntur, tamen ex uoluntate poſſunt ante litem. conteſt. proponi, ut dicitur & not. C. de proba.l.exceptiones eius tamen probatio differtur
6 ut ſupra † De tempore autem ipſarum probationum eſt uidendum, ut dixi ſupra quia ſi nullus terminus aſſignetur, caute facit reus, ſi differat probationem exceptionum ſuarum uſque ad probationem aduerſarii ſuper principali quia dicitur ſtultum eſſe eum, qui exceptionem peremptoriam uult probare ante probationem aduerſarii. cap. de. teſtibus. extra de teſti. nam actore nõ probante reus abſolui tur, ut l. qui accuſare. C. de eden. Quæ quidem probatio facienda eſt iudici. ff. de proba. l. quinquaginta. & de rei uende. l. doce. non autem parti, quæ ſem per diſſentiret ut not. in d. l. quinquaginta. Secundum, quod omnis probationis copia non eſt aduerſario ſubtrahenda, ſi petierit. C. de bon. uac. l. fin. lib. 10. ibi data copia reclamandi &c. Et quia ſine actore proceſſit publicatio, poſſet in cauſam appellationis retractari proceſſus. ut not. in l. prolatam. C. de ſenten. quod intellige ſi ſubtraheretur dicta copia, ſane ſciendum quod peremptorię de ſui natura conteſt. impediunt. l. exceptio rei iudicatę, tranſactę, & rei finitę. ff. de condi. indeb. eleganter. & tertulianum. l. 1. in fi. de uerbo. ſigil. tranſacta quibus uel altera ipſarum oppoſita, eſt
7 procedendum ſuper ea. † Nam lites ſopitæ non debent iterum reſtaurari. C. ſent. reſcindi non poſ. l. fin. Item quia actio extincta non reuiuiſcit. l. qui res. §. arena. de ſolu. ſed per alias peremptorias non ita extinctæ ſunt obligationes ciuiles & naturales ff. de ſolu. l. ſi cum. §. naturales. unde per ipſas non dicitur lis ſuſcitari, ſed denuo in choari, & ideo poſt litem conteſt. differuntur, ut l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ. Cautius

tamen utitur, ut iſtę quę impediunt debeant obii ci, & probari poſt litem coteſt.nam ſi ante lit.conteſt.probentur, non poterit reus abſolui a tota cauſa diffinitiue. C. de iud.l.properandum §.fin autē & in auc.de exib.reis,§.ſi uero. ſed pronunciabitur ſuper exceptionibus tantum ut dictum eſt ſupra ſecundum ius ciuile exceptiones ſcilicet preſcriptionis lōgi temporis,& ſecundum canones longiſſimi temporis uidetur. quod exceptio præſcriptionis impediat litis conteſt.litis contra. C.de preſcrip.lon. temp.l. emptor. unde alii exponunt finite ſcilicet per iuſiurādum ab aduerſario delatum quod habet ita ſopire omnem queſtionem,ut nihil amplius ſit querendum ut ff.de re iu.l.poſt rem.quia maiorem habet auctoritatem contra res iudicates.ut dicta l. non erit §.lucio & eodem tit.l.1. ſed contra per iuramentum non tollitur obligatio ciuilis ut dicto §. naturalis & dicta l.ſi cum.ff.de ſolu.& ideo cum aliis peremptoriis,quæ lit.conteſt.nō impediunt,pro ponenda uidetur,idem de exceptione pacti non nu meratę pecunię ut d. §.naturalis. unde uidetur qđ ſtandum ſit tex.illius.l.1.§.fi.ff.ad tertul.ſcilicet de exceptione preſcriptionis, ſed tu tene quod magis idem dici poteſt de exceptiōe illa.pacti facti de nō agendo,ut litem conteſt.impediat,quia uim declinatoriæ habet,peremptoria tamen non eſt quum ex tra iudicium peti poſſit, ſecundum Innoc.d.pia de excep.quid autem ſi actor, contra quem producitur iſta exceptio, uelit probare de iure ſuo contra excipientem ut iudicatum non tenere,ut quia ab eo,cui iudicandi ius non fuit,dic quod audiendus eſt ut d.§.fin.nam mos gerendus eſt ut no.extra de teſta.cap.ex tenore.quum enim hec ſint preiudicia lia,ergo tractanda,ut inſti.de excep.§.preiudicialis, & quod dicitur exceptionibus extra de dol. & contu.cap.1.lib.6.in principali negocio exponendo, id eſt ad principale negocium pertinent, ut pacti de

non

non petendo. Item ſolutionis,accepti. prgſcriptionis: & ſimilium ſecundum Inno. quę enim contingunt, nec pertinent ad ea quæ ſunt de proceſſu, non impediunt. ut extra de exceptio. cum inter.
8 † Quartus uero articulus.ſ.per quos, & cōtra quos ſunt proponendæ peremptoriæ, facile comprehenditur ex prædictis,nam ut ſupra dixi, proponuntur a reo, quia exceptiones ſunt arma reorū, ut dixi de exceptionibus dilatoriis, dirigūtur cōtra actorē ad excludendā actionē propoſitā,ut inſti.de excep. in
9 prin. † Quinto ſup. eſt uidere qualiter, & quibus uerbis peremptorię proponantur. & in hoc dicitur, ꝙ exceptiones perēptoriæ dupliciter proponuntur .ſ.puræ & ſub condi.& dicat excipiens, talis contra talē,& contra libellū ipſius,dicens ꝙ nulla obiectio eſt inter eas,ſi tamen hoc probauerit, opponit has exceptiones,ideo utile ei eſt cōditionaliter proponi,quia ſi puræ proponantur, & proponens in eadē probatione deficeret,remanet actoris intentio probata.ff.de proba.l.de excep.& illa.l. nō utiq; de excep.dicit.doc.loquūtur in condi.exceptionum, ēt ſi ſint contrarię, licet ſimul & ſeparatim proponerentur,ſed Dy.ut ipſe no.in regu.nullus, de regu. iur. lib.6.& idem dicam, ſi non uideatur de intentione aduerſarii,confiteri,ēſt & illa exceptio,quæ cōtinet
10 negatiuam,ut excep.non numeratę pecuniæ.† Sexto & ultimo reſtat uidere,quomodo ſuper exceptionibus pronuncietur,dic ergo, quod exceptione propoſita, aut reus probat eam, aut non, ſi non,pronunciabit iudex cōtra hoc modo, quoniam libellū oblatū per.C.cōtra probatū libellū inducias.§.reus exceptiones peremptorias a ſuprapoſitas legitimę in noſtro examine comprobauit, prout in actis noſtræ curię cōtinetur,idcirco eundē.C.ab agendo, & proſequēdo ea,quæ in ſuo libello,uel petitione propoſuit,excludimus,& eum excludendū, ac ēt nō admittendum fore,interloquendo pronunciamus.Hoc

probatur.ff.de iure fiſ.l.ſtatus.§.cornello, ſi uero in probãda ſua exceptione deficiat reus, dicas ſic,quia ſuam exceptionem propoſitam non probauit, inter loquendo pronuncio, ut ea non obſtante, ſuper principali negocio procedatur, & inſuper condemnamus actori reum in expenſis,ut in auc.de iudi.§. oportet, extra de excep.c.pia.lib.6. uel ſic,corã uobis &c.in cauſa, quã mihi mouet &c.excipio,& excipiendo propono in his ſcriptis, contra ipſum, & contra petitionem ipſius, qua petit a me rem talem, dicens, ꝙ non eſt audiendus, quia nihil de ſua intentione probauit, immo repellendus, pro eo quod alias coram iudice tali de dicta re per eum aduerſus me, quæſtio commoueretur, fuit per dictum iudicem & per me pronunciatum diffinitiuè, ita ꝙ ipſe contrariã ſententiã reportauit, quę in uigorẽ rei iudicatę tranſiuit,ut ff.de pign.l.ſi fundus,extra de re iudi.c.quum inter, quã exceptionem ex nunc propono,& offero me ſuo loco:& tempore probatu

11 rum,& idem de tranſact.& de cæteris.† An autẽ ex obiectu exceptionis probatæ poſſit puniri ille,cõtra quem fuit obiecta,dic ꝙ regulariter non, ut ff.ad legem iuliam.de adulte.l.2.§.publico.

SVMMARIVM.

1 Exceptiones annormalę quæ dicantur.

De exceptionibus mixtis.

1 MOdo † reſtat uidere de exceptionibus, quæ ſunt mixtæ, ſicut enim ſunt quędam actiones, quæ ſunt mixtæ,ut inſti.de actio.§.ſequens illa,& §.ex maleficiis,& §.item mixta ſicut etiã ſunt quædam exceptiones, quę ſunt mixtæ, ex eo quia actu obtinent,quandoque dilatoriæ quandoq; perẽptoriæ.Item quandoq; tẽporales, quandoq; perpetuæ,

tuæ,ut exceptio ſolutionis,quę pōt eſſe perēptoria, & dilatoria,ut dixi ſupra tit.2.in fi. Itē dicitur mixta exceptio nō numeratę pecunię,q̃a oppoſita perimit intentionē agentis,& ſic habet uim perēptoriæ perpetuę,ſi numeratio probatur. Itē habet uim tēporalis,quia non competit niſi per bienniū, unde ſi poſtea obiiciatur,non habet effectū inſti. de excep. §.idē iuris, de nō nu.pe.l.in cōtractibus, & ꝓbātur pdicta in l.ſingularia,ff.ſi cer. pet. hę igitur excep. in uim perēptorię obiectę sūt obiiciēdę, & probandę infra tēpus peremptoriarū, ut dictum eſt ſupra.

De exceptionibus annomalis.

SEquitur de exceptionibus annomalis, & quidē eſt ſciendum ꝙ exceptiones annomalæ dicūtur illę exceptiones,quæ aliarum exceptionum regulam non ſequuntur,quaſi ſine regula, ſic enim opponendo,ac probando cōſuetā regulā ſeruant,de earum materia tractatur de excep. l. 3. in ult.gloſ.in qua ſpecialiter nominantur, quæ ſunt annomalæ. Ad quas potes addere etiam alias exceptiones, quæ naturam habent annomalarū, cuiuſmodi ſunt exceptiones competentes ex beneficio diui Adriani ex pluribus obligationibus inſolidum ſimul, ut ſoluendo concedatur beneficium diuiſionis debiti inter ſingulos eorum.C.de conſti.pecu.l.fi.ff.eo. l. ſi plures,inſti.de fideiuſ.quod beneficium ad plures mandatores,uel fideiuſſores extenditur, ut d. l. ac etiā ad plures cōtutores,ut ff.de tuto. & traditur in l.1.§.nunc tractemus. Item beneficium competens ex beneficio nouæ conſtitutionis de pluribus reis debēdi,ut nō debeat niſi pro parte cōueniri,cōtra partē cōpetit exceptio,ut auc.de duo.re. Itē exceptiones competentes ex beneficio cedendarum actionum,quæ obiectę iuſtę repellūt creditorē,niſi ſoluere paratus actiones ſuas cedat, ut ff.de ſolu.l.

ſtichum, §. ſi mandato, de fideiuſ.l.fideiuſſor.§.reſpondit.C.eo.l.ſicut eligendi,hę autem quæſtiones poſſunt annomalę nuncupari, quia & ante lit.conteſt. & poſt immo etiam competunt poſt ſententiã .ſ.aliquę earum,ut eſt beneficiũ ceſsionis quod etiã poſt ſententiam in ipſa executione obiici poteſt, ut d.§.idem reſpondit,& ibi nota.per Dynum.in eo tamen quod dicit glo. de excep. nota quod illę exceptiones non numeratæ pecuniæ,& dotis,item annomalę, quo ad onus probandi differunt non eſt uerũ ſecundum Dyn.quia in probationibus non differũt ab aliis, imo ſemper aſſerenti incumbit onus probãdi,ſicut & in aliis exceptionibus, ut l.2.ff. de proba.ſed ſunt annomalę quantum ad eas proponendas,poſſunt.n.proponi in uim dilatoriarũ,& ſic probari,ſecundo nota quod infra tempus peremptoriæ dilatoriæ non ſunt, quia in principio oppoſitæ impediunt proceſſum, ut niſi de numeratione doceatur,actor nõ auditur ulterius. Item ſunt negatorię, quia in eo ꝙ negatorię proponuntur, onerant probatione actorem,qua non facta,perimitur actio propoſita,& abſoluitur reus, & ideo tanquam perẽptoriæ exceptiones opponi,& contra eas oportet probari litis cõteſt. tẽpore quo alię perẽptoriæ proponũtur,& probantur,ergo & annomale ſunt,& idem poteſt dici, quum opponuntur filiofamilias agenti ſcilicet quod nõ habet patris conſenſum, quia quãdoque oppoſita perimit, & reddit iudicium nullum,not.in l.2.C.de eden.edic.

De replicationibus.

AD omnes exceptiones ex parte rei propoſitas tanquam ueritatem non contineant adinuentæ ſunt replicationes quę excluſoriæ ſunt exceptionum, reus enim contra intentionem, ſeu libellum excipit, actor uero replicare & infringere

poteſt

poteſt exceptiones a reo propoſitas, ſiue ſint dilatoriæ,ſiue ſint peremptoriæ,ſiue quæcunque,ut ꝙ fuerit factum pactum de non petendo,replicat actor ꝙ nunquã fuit factũ aliquod pactũ inter eos, nec interuenit pactum aliquod factũ,ut l.ſinus,§. pactus ne peteret.ff.de pactis,& l. pacta nouisſima.ff.c. Itẽ ſi dicat tranſactum replicat actor, quod nunquam tranſactio aliqua inter eos interuenit, uel quod facta fuit ſuper re non dubia de lite nõ incerta, uel ꝙ nullo dato, promiſſo,uel remiſſo fuit,uel facta metu interpoſita,ut l.interpoſitas,& in l.tranſactas cũ materia.C.de tranſac. Item exceptum fuit de præſcriptione,replicat actor quod non eſt tantum tempus decurſum, quod legitima præſcriptio inducatur,ut ex tẽpore contractus cuius exceptio obiiceretur clare patet,& ſic de ſingulis.Non minus tamẽ reus poterit triplicare cõtra replicationẽ actoris, & ſimiliter quadruplicare contra triplicationẽ rei,ultra aũt haberi non uidetur actio. inſti.de act.§.oẽs aũt,ultra prædicta aſſeſſor nõ audiat partes uolentes ſe tantum defendere,immo uiſa petitione,& exceptione,& replicatione,capiet informationẽ ex eis uel ẽt habebit ſuper eis conſilium ſapientis,& ſecũdũ hoc pronunciabit, quæ earũ ſit admittenda, uel reiicienda,& facta pronunciatione,asſignabit terminũ ad probandũ parti,cui incũbit probatio, ſi.n.excipit reus actoris officium eſt infringere,ut ff. de except.l.in exceptionibus,& ibi not. ſic in replicatione onus probationis incũbit actori, de hac materia ſatis plene dicitur,inſt.co.& in Spe.in tit.de excep.

SVMMARIVM

1 Nihil intereſt utrũ quis actionem non habeat, uel habeat talem quæ per exceptionem elidatur.
2 Citra litis conteſta.nullum eſt iudicium.
3 Verbum conteſtatio quid denotet.

4 Lis per ambas partes conteſtari debet.
5 Comparatio rei uel actoris ſeu procuratoris non legitima an releuet comparentem.
6 Litis conteſtatio an poſſit remitti de partium conſenſu.

De litis conteſtatione.

DIſcuſſis ergo meritis exceptionum,& replicationum, & cæteris obiectis ſuppoſitis,ſi quidem probetur exceptio uel aliud a parte rei obiectum, propter quod impediatur actor in ſua petitione interloquitur iudex ob replicationem, uel triplicationem oppoſitam pro parte rei, actorem non eſſe audiendum,unde in cauſa actoris non procedetur.
1 † Quia nihil intereſt utrum quis actionem non habeat,uel habeat talē, quę per exceptionē elidatur ut in regu.iuris,nihil intereſt,ſi uero reus in replicatione,uel triplicatione,ſeu in probatione excep. uel triplicationis obiectarū defecerit, debet iudex ad conteſt.lit.procedere. Et extunc fiet fundamentum cauſę,ut dixi ſupra,de dilatoriis exceptionibus in prin.quia ante lit.conteſt.non dicitur quis agere uelle,ut l.amplius.ff.rem rat.hab. pronunciet ergo iudex litem eſſe conteſt. uel ipſo facto faciat cōteſtari non obſtante oppoſitione, fiet aūt litis conteſtatio ex petitione actoris, & contra reſponſione rei.C.de lit.conteſt.l.1.& C.de iudi.l.rē nō nouam & extra eo.c.1.lecto ergo libello coram partibus interrogabit iudex actorem: ſi ita petit, ut in libello continetur,& ipſe reſpondebit ſic, & ſtatim interroget reum dicens quid reſpondes ad hoc? dico animo litem conteſtandi narrata, ut narrantur, uera non eſſe, & petita prout petuntur fieri non debere & tunc erit conteſtatio facta, caute autem faciet reus, ſi ante conteſtationem proteſtetur de omnibus exceptionibus ſibi competētibus, & competituris,

ris:& quòd temere ad iudicium trahitur, & prouocatur petat & proteſtetur de omnibus exceptionibus factis & fiendis per l. eum quem temere ff. de iudi.& de dol.& contu.c.actor.Nam ut not. in auc. de iudi.§.oportet:non ueniunt expenſæ niſi petan
2 tur quod dic, ut ibi.† Notandum eſt tamen, quòd citra lit.conteſta.nullum eſt iudicium, ideo ſine ea ceteri actus ſcilicet probationes,inductiones,& ſententia lata ſunt nullæ:extra ut lit.non conteſtat.in rub.& nig.igitur primo obiice, quòd litis conteſta. non fuit facta,& ideo nullus eſt proceſſus,ut dictis iuribus,fallit in tribus caſibus,ut dicitur, & not.in auc.niſi breuiores:poſita ibi,in l.fin.C.de ſen. Item in quarto caſu ſcilicet in exceptione probanda ante lit.conteſt.quod dic,ut infra tit.proximo,in principio.contra lit.conteſt.autem poteſt obiici,ꝙ ſit nulla,ut quia præter formam auc.offeratur,ad fi. Item ſi ſit extra ordinem ex.ut quia fuit.poſt lit. conte. reus poſt ea actor contra l.2. C. de iura. calum.& l. prolatam. Item ſi fiat in abſentia iudicis, quia non poteſt conſtari iudicium ex duabus perſonis ſcilicet actoris & rei, ſine iudice, unde ſine eo non eſt iudicium,nec actus iuriſditionalis, & extra de uerbor.ſignific.cap.forus. Item obiice, quia facta abſque mandato iudicis.extra de lit. conteſt. ca.1. & C.eod.l.1.ibi cum iudex, &c. Item quòd partes non habuerunt animum conteſtandi litem, ſed narrandi tantum: ideo pro conteſtatione non habetur,ut dicta l.1.no.in d.c.1.dic ut ibi. Item obiice, quòd non ualet, ſi ſeparatim ſit facta litis con
3 teſtatio, utputa cum ipſo reo . † Nam uerbum conteſtatio denotat, ut inuicem actor & reus conteſtentur, & conſentiant ad litigandum, non diuiſim,ſicut dicimus in communione l.ſimul in communi, & collegium ideſt ſimul collectio, ut ff. de rerum diuiſio. l. rerum mixtura, & probatur expreſſè ff. de teſtament. l. hæredes palam §. finali,

& l.hac conſultiſſima §.& in omnibus C.eod. Item obſtat quòd non fuit facta in iudicio,ſed alibi ergo non ualet, quum enim litis conteſtatio ſit fundamentum cauſę, ut prædixi, maxime in ea exigitur cauſæ cognitio, & ideo extra iudicium non ualet actio,C.de dila.l.procedente.Item quia poſtea non ualet recuſare iudicem,C.de iudi.l.apertiſſimi,nec forum declinare, ut dictis legibus non ualet l. 1. & 2. Pone quòd reus arguit, & iudex pronunciat litem conteſtatam ille non conſentit, neque uult conteſtari, quid faciet iudex, dic quòd procedet ad primum decretum,ac ſi eſſet abſens,ut C.quomodo & quando iudex,auctent.qui ſemel. ibi eſt glo. & uidetur text. ff. de fideicommiſ.liber.l.non tantum,§. ſiue iuſta, l. non dicitur defendere. ff. de regulis iuris,& pro hoc eſt cap. 2. extra de confeſſis. lib. 6. ubi ponitur litis conteſtatio, iuſſus a iudice reſpondere,ſi recuſat, tunc habetur pro confeſſo ante litem conteſtatam & idem in reſponſione articulorum Barto. ponit in l. ſi finita §. iulianus ff.de
4 damn. infect. † Nota litem conteſtari debere per ambas partes, nam altera earum abſente,non poteſt. Item nota poſt litem conteſtatam, iudicem
5 non poſſe recuſari. † utrum comparitio rei, uel actoris, ſeu procuratoris non legitima releuet comparentem, dic quòd non, utpcuta ratione perſonæ conſtituentis, uel conſtitutæ, aut quòd procurator non habet ſpeciale mandatum & perinde eſt, ac ſi non ueniſſet, l.2.§.defendi.ff. ex quib. cau. in poſſea.& Barto.in l. ſi finita. §. iulianus.ff.de dam.
6 infect. † cum quæritur, an litis conteſtatio poſſit remitti de partium uoluntate,dic quòd ſic l.1. §.1. ff.de confeſſ.& l.ſi conuenerit.ff.de re iud. & l. fin. ff.de tempo.appella.ſecundum Guil.de Cun.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum calumnię a quibus præſtetur.

De iuramento calumniæ.

1 Svbſequenter,† uel ſucceſſiuè ſequendo pręmiſſum ordinem inſeramus hic de iuramento calumnię, nam litem conteſtatam ſemper ſequitur, ut præſtetur a partibus iuramentum calumnię, quandoque ab altera tantum parte,ideſt a proponente, ſuper quo aduerſarius eſt interrogandus, prius proteſtandum eſt id, quod ponit,uel producit quòd per calumniam non producit, uel ponit, ut clarè dicitur ff.de dam.infec.l.qui bona §. alieno, & de eden. l. ſi quis ex argentariis §.exigitur, hoc autem notatur ex his quę pręcedunt litis conteſtationem ſuper principali, & in calumnia emergente ante litis conteſt. puta in exceptionibus dilatoriis,recuſatoriis,uel declinatoriis: quarum probationes reddunt litem conteſtat. ſuper principali, & idem in exceptionibus peremptoriis, quę litis conteſt.impediunt,quia in prędictis non fit neceſſario litis conteſt.ſed dabit iudex terminum ad probandum & recipientur teſtes, lite non conteſt. ſicut in quolibet emergenti, uel incidenti, extra de offi.iud.c.2.& not.de off.dele.c.prudentiam §. ſexta.Sed puto cautius, ſi ſuper ipſis lis conteſtetur, igitur ibi dictum eſt ad poſtulationem aduerſarii, contra quem proponitur hoc ius iurare, quòd propoſita per calumniam non proponit, ut d. l. alleg. in aliis autem propoſitis, uel inductis poſt litem conteſt.poſt iuramentum calumnię,ſuper principali pręſtitum,non exigitur iterum ſuper eis iuramẽtum calumnię pręſtari,quia illud ſemel pręſtitum. ut d.l.2.in prin.ad omnia ſequentia refertur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Iuramenti triplex eſt genus.
2 Actor minus probans ſe ſua intentione poteſt iudex iuramentum deferre.
3 Si legitimis iudiciis non precedẽtibus, reus totum proceſſum confiteatur, non nocet ſibi confeſſio facta in tormentis, uel terrore tormentorum, niſi poſtea repetitus in prima confeſſione perſiſtat.

De reuocatione confeſſionis.

QVid ſi facta productione inſtrumenti, & copia parti exhibita, aduerſarius iterum petit exhiberi, offerendo ſe paratum iurare, quòd non per calumniam petit per l. fina. C. de fide inſtrumentorum, quia forte petit ſciens quòd aduerſarius inſtrumentum illud caſu naufragii, uel incendii amiſit, an cogatur admittere ad probandum illud intereſſe eius, quod illud iurauit ſecundum d. l. fin. & dic quòd ſi is, a quo petitur, præſtet iuramentum de ueritate, quòd illud amiſerit, quod non tenetur ad aliud: potius enim attendendum eſt iuramentum de ueritate, quàm de calumnia quia & ſine calumnia illius poteſt eſſe uerum, quòd in ueritate iſte iurauit, quia non præſtatur iuramentum calumnię ſemper, & alia iuramenta, idcirco & de aliis iuramen-
1 tis diſſeramus. † Dic ergo quòd præter hoc eſt triplex genus iuramenti, ſcilicet uoluntarium, neceſſarium, & iudiciarium, de quibus C. de iureiuran. l. 1. Ad quorum intelligentiam ita diſtingue, cum iuramentum defertur, aut is cui defertur, &c. Proſequere de uerbo ad uerbum, & in extraordinario memorali Tancredi. C. de iureiur. l. generaliter uſque ad uerſicu. ultimum. Item eſt aliud genus iuramenti, quod defertur a iudice in defectum probationis

2 p l. in bonæ fidei & l.admonendi eod.tit. †Quia ſi actor minus plenè probauit de ſua intentione,tunc iudex defert iuramētum,& ſic profert ſententiam, ſecundum quòd iuratum eſt,ut d.li. Quod quidem utrùm potius actori,quam reo,& in quanta quanti tate ſit deſerendum uel non, iudicis poteſtati uide tur relinqui,ut d.li.not. Sed contra ſeruanda uidetur hæc opinio,ut deferatur potius actori qui fecit ſemiplenam probationem,& hanc opinionem poſitam inuenies in gloſſ.in l.in bonæ fidei, & probari uidetur in c.ulti.extra de iureiur. Item quantitas attendenda eſt parua uel magna, ſecundum quod not.in auct.niſi breuiores,uel poteſt dici, quod in hoc attendatur conditio perſonarum, una eademq; quantitas reputanda eſt modica uni comiti, uel in dignitate & diuitiis poſito,quę apud uiliores perſonas eſſet ampla & magna, nam & comitiſſa Matilda donauit eccleſiæ Romanæ modicum terræ, quæ tamen fuit magna & ampla quædam prouincia, ſcilicet patrimonium beati Petri.ff.de iudic.l. ſed & ſi ſuſceperit §. 1. ſecundo reſponſo, ideoque dicendum eſt, quòd in poteſtate iudicis reſideat perſonarum qualitate inſpecta. Attende tamen, quia huius iuramenti delatio habet locum in ciuili cauſa tantum, non in criminali,ut not.ff.de iureiur.l.fi.in criminalibus ſciatis,quòd iuramentum non defertur, ſed facta apta probatione in criminali per unicum teſtem, ne maleficia remaneāt im punita, poteſt iudex cogere reum ad confitendum delictum, & probatione extorta per compaſſionem, poteſt eum condemnare, & hanc opinionem tenet Azo in ſumma de quæſtionibus §. hæc autem uidimus, & totus mundus eam ſeruat, ſed poteſt contra hoc argui, quòd hoc non habeat locum in maioribus delictis, ſicut in ciuilibus nō habet locum delatio iuramenti in maximis quantitatibus ea quæ notantur in d.l.in bonæ fidei.Ad eam

quoqu

quoque confeſſionem a reo extorquendam ſufficit ſi præcedãt ſaltem duo indicia ut ff.& C.de quæſtionibus,per totum. Quæ quidem indicia non debent
3 eſſe leuia propter tormenta. † Adeo quod ſi legitimis indiciis non precedentibus reus totum proceſſum confiteatur non nocet ſibi confeſſio facta in tormentis, uel terrore tormentorum, niſi poſtea repetitus in prima confeſſione perſiſtat. ut ff.eodem l.1.§.2.& l. diuus.Nota ſuper materia iuramentorum calumniæ, & aliorum,& cui prius deferatur,nam duo indicia præcedere debent ad eruendam a reo ueritatem.

SVMMARIVM

1 Preſtito iuraměto de calumna ab utraque parte debet iudex ſtatuere terminum ad probandum.

2 Si iudex nullam dilationem ad probandum aſſignauerit,nunquid ſi aliqua partium probationes ſuas induxit ualebunt.

3 Poteſt actor producere teſtesut ſuper libello examinetur.

De termini aſſignatione.

1 PReſtito † iuramento de calumnia ab utraque parte ut ſupra oſtenſum eſt reſtat,ut iudex ſtatuat terminum ad probandum ad minus decem dierum,ut ff.de conſti.pecul.l.permiſſor.uel plus,& minus ſecundum locorum conſuetudinem,quia terminus utrique eſt aſſignãdus,mos enim utrique gerendus eſt, ut ff.de proba.contra eum.& not. extra de teſti.c,ex tenore.licet enim ſoli actori dilatio eſſet danda,tamen ex illius perſona reus habet dilationem,ut l.pe.ff.de proba.& erit danda dilatio cum uerbo peremptoriæ,ad hoc ut non probans in termino poſtea nõ audiatur,ut l. poſt. peremptoriũ.ff.de

iud.

iud.ꝙ eſt uerum, quando plures eſſent datæ dilationes, quia tunc ex cauſa poteſt dari una pro omnibus addito uerbo peremptoriæ, ut in d.l.peremptorium cum ſe.& in l.2.ff.de re iud. Quando autem danda eſſet unica dilatio, tūc uerbum peremptorię fruſtra
2 adderetur. † Quid ſi iudex nullam dilationem ad probandum aſſignauerit, nunquid ſi aliqua partium probationes ſuas induxit, ualebunt? dic quod ſic ſicut intelligunt quidam doc. per. l.uim paſſi.la.2.& l.publico.de adul.ſi enim admiſit iudex aliquam partem ad probandum, ſufficit, nec obſtat dicere, quia non ualet ex hoc, quia non fuit dilatio aſſignata, quia reſpondetur, illud eſſe ad bene eſſe, non autem ad probationis neceſſitatem ſolius aſſignationis. Item no. quod ter debent litigatores articulare, ſeu capitula ſuarum probationum face-
3 re, non tamen propterea coguntur. † Poteſt enim actor producere teſtes, ut ſuper libello examinentur. Sed in hoc cauti aduocati aduerterunt, quia non ita diſerte, & diſcrete poſſunt teſtes depon ere ſuper libello, qui plura comprehendit, ideo caute faciunt articulando, ut facilius teſtes teſtificari poſſint, & ut facilius & plenius ad probationem perueniatur. Imperiti autem aduocati rei cenſent actorem cogi poſſe, ut faciat ſuos articulos quum de iure cogi non poſſit, quum in fauorem probare uolentis introductus ſit, & fuerit articulandi modus, ergo ſuo poteſt renunciare fauori, ar. l. ſi quis in conſcribendo. ergo articulabit uteros ſcilicet actor & reus, & eorum poſitiones, & articulos pro arbitrio faciet, quia modus ponendi inuentus eſt, ut facilius ad probationem perueniatur, Nam ad exonerationem probationum inuentę ſunt poſitiones, & articuli ſecundum quoſdam.l.offidius ff. de lega.3. Difficile enim eſt ad bonam probationem peruenire propter diffidentiam, & malitiam teſtium. Qui quandoque odio,

dio,uel amore &c.deuiant a ueritate, quandoque non ſunt alii teſtes niſi coniuncti, qui repelluntur a iure, & propter reſponſiones ad poſitiones facilius quid probatur,quia reſpondendo credo, habetur pro affirmante,notatur in l.2. C. de iuramento calum.

SVMMARIVM.

1 Data dilatione per iudicem interim debet ſuum officium quieſcere.

2 Articulos per uerba negatiua conceptos iudex reiicere debet.

3 Poſitiones poſſunt eſſe infinitę ſecundum factorum qualitates,& fiunt ad partis petitionem.

4 Probatio inſtrumentorum & per confeſſiones & per poſitiones uſque ad concluſionem fieri poſſunt.

5 In die feriata ualet examinatio teſtis.ſi tempore iuridico iurauit.

6 Per ſolum iuramentum non eſt facta probatio.

7 Teſtes debẽt examinari ſecũdũ pũcta iterrogatorii

8 Teſtes examinãdi ſunt per iudicem tãtum & alii eorum receptio poſſit committi.nu.9.

10 Teſtes examinati ſuper articulis,ſi eorum atteſtationes ſint publicatę,& ſuper omnibus articulis & interrogatoriis ſi non fuiſſent examinati nihilominus poſſunt etiam poſt publicationem examinari.

11 Forma productionis articulorum cum proteſtatione ſequenti poſt.

De poſitionibus & articulis, & quis primo reſpondere debeat actor uel reus.

POſitionibus autem factis primo reſpondet reus poſitionibus actoris: deinde actor poſitionibus rei, & ita in examinatione teſtiũ ſuper articulis, itaque ſi actor & reus concurrant,prius examinãdi ſunt

1 ſunt teſtes actoris.per l.qui prior.de cōfeſ.†Et non eſt omittendū,ꝙ data dilatiōe p iudicem interim debet ſuum officium quieſcere. l.ſiue pars C.de dila. uerūtamen prima dilatione durāte,poteſt iudex ad ſecundam dilationem procedere,quando ſecunda tēdit ad expeditionem prioris,utputa ſtatuta eſt dilatio ad probandum, & ea pendente, dat ſecundam ad inducendum,& producendum iura ipſarum partium, quod poteſt, quia ſecunda eſt quaſi conſequentia dilationis precedentis,ut colligitur in glo. C.de iureiurando.l.generaliter.§.ultimo.& licet facultas probationis non ſit anguſtanda ut l.quoniā. C.de hæret.tamen iudex diligenter inſpiciat arti-
2 culos, & reiiciat impertinentes ad cauſam.† Item reiiciat conceptos per uerba negatiua, eo quod negant factum, ut l.actor. C. probationib. Item conceptos alternatiue, ut notatur, & dicitur in l. prętor edixit. §. quod autem. ff. de iniur. dic tamen, quod non confuſe, ſed diſtincte. ut notatur & dicitur extra de teſtamen. ad hoc. libro. ſexto. Item ſi ſunt capitula uaga probantia generalia, quia generalitas parit obſcuritatem, ut l.ita fides. ff. de iure fiſci, & idem iudex inſpiciat in omnibus probationibus, & poſitionibus. Ea enim ſunt ponibilia, quę ſunt probabilia ut notatur in dicta. l. ſecunda, ſic etiam poſitiones non debent eſſe implicitę, negatiuę, & impertinentes, alternatiuæ generales, nec contrarię ad ſeipſas, quia proponens contraria non auditur.l.prima. C. de furtis. cum ſimilibus. Nec ad poſitiones ab aduerſario ſic poſitas, nihil curet reſpondere, ut notatur in dicta l. ſecunda. argu. de in litem iurando l. 3. in principio. ſinautem implicita continent, iudex poteſt diuiſim, ſimpliciter & ſingulatim partes facere reſpondere. ut dicto. §. ad hęc. Item non eſt reſpondendum, ſi continent factum alienum, ut l. marcellus. ff.

rerum

rerum amo. uel ſi prorſus fuit de facto reſpondendũ quia poteſt dici dubito, ſi tamen ita ſit iudex moroſus, & perfidus, ut reſpondere cogat, aduertat reſpõdens, quod ſi illa implicita poſitio in aliqua particula non ſit uera, quia non reſpondet negando & econtra. ſi autem in aliqua particula eſt uera, poteſt reſpondere affirmando: quia quotiens ſignificatio ſumitur ex uniuerſo, ſi in aliquo eſt falſa, totam orationem falſam reddit. ff. de re. dub. l. ſi is qui. §. utrum. eodem titulo. de prędictis poſitionibus ſatis dicitur in glo. magna quę eſt de iuramento calum. l. §. quod obſeruari, & dic ut plenius per Speculatorem in titulo de poſitio. & ibi uideas.

3 † Eſt autem ſciendum quod ualde differunt poſitiones ab interrogationibus, quę fiunt ex titulo de interrogatoriis actionibus. Poſitiones enim poſſunt eſſe infinitę ſecundum factorum qualitates & fiunt ad partis petitionem, & communiter in tempore probationis, quia ut dixi, ad exonerationem probationum ſunt introductæ, ut dicitur: notatur extra dé fide inſtru. cap. cum dilectus licet enim poſt terminum probationum elapſum non audiatur quis, ut dicta l. ſcire oportet. §. 1. tamen illud eſt intelligendum de probatione teſtium.

4 † Probatio enim inſtrumentorum per confeſſionem, & per poſitiones uſque ad concluſionem fieri poſſunt. Interrogationes enim ſunt, & quotiens ęquitas mouet, iudex habet interrogare, ut ff. de interro ga. acti. l. 1. & l. ubicunque. Quæ autẽ fiunt ante litem conteſtatam ſunt duodecim, aut undecim, de quibus per Spec. ubi ſupra. Oblato tamen libello, fiunt ſecundum ueram opin. ut in fin. d. l. 1. not. non autem ad partis petitionem, ſed mero iudicis officio expediuntur, ut ibi not. in glo. reſpon deri, & quę de poſitionibus dicta ſunt, intellige in cauſis ciuilibus, ſecus, autem in criminalibus, quia ibi non fiunt poſitiones, nec factis reſpondetur, pone quod dixiſti mihi iniuriá, uel quod uulnera-

ſti,

ſti,uel quod interfeciſti talem,nõ eſt reſpõdendũ, quia de concluſione eſt timendũ, quæ inter aduerſarios excogitari poſſet,ut in c.ſuper.de confeſ.hoc tenet Archid.l.diſt.ex penitentibus.Bart.contra in l. marcellus, ff. rerum amo. & not. Innocen. extra de elec.c.dudum:propoſitis itaque articulis, productis ac factis poſitionibus, prouideat aduocatus, ſi aduerſarius totam partem poſitionum confeſſauit, quia inconfeſſum non reſtat niſi ut condemnetur, d.l.inde neratius,ſed in non confeſſatis producat teſtes,& parte citata,ut compareat ad uidendum teſtium iuramenta,faciat ut in termino iurent, & ſufficit quo ad perpetuationem, quia etiam poſt terminum probatoriũ examinari poſſunt, quia non attenditur tempus depoſitionis ipſorum, ſed ad dicta iuramenta referuntur,ut colligitur. ff. de adulter.l. adulter.§.ſi eo tempore,& ff.de dam.infec.l.damnũ,
5 §.ſaltem,& arg.C.de teſta.l.1.† Et propterea in die feriata ualet examinatio teſtis, ſi tempore iuridico iurauit,quia ad illud refertur ſecũdũ Spe.de fur. §.ſequitur quid ſi idẽ,per l.1.C.de bon.poſ.& de teſta.l.mulier.Sed Guid.de Suz.contra per.l. dies feſtos. C. de feriis. Attende quod in iuramento teſtium ſaltem una pars debet adeſſe, alias ſi neutra, non ualent iuramenta, ut l.ſi quando .C .de teſti. Not.tamen,quod caute eſt attendenda forma dilationis datę ad probandum,ſi enim iudex dixit, ſtatuo terminum decem dierum ad teſtes producẽdos, tunc ſufficit teſtes infra dilationem iurari facere, & ad rei perpetuitatem. Et ideo etiam examinabuntur,ſi autẽ dixit,ſtatuo terminum ad probandum, ſicut plerunque fit, tunc non ſufficit ſolum iuramẽtum teſtium infra dilationem, niſi in termino eodẽ
6 fiat examinatio.† Nam per ſolum iuramentum non eſt facta probatio,ſed per depoſitionem teſtium, & ideo quũ nõ ſit facta probatio infra dilationem, ad alia nõ admittetur, ut plene not. extra de excep.c.

pia.lib.6.in glo.in uerbo deuentum. Et Bart. in l. damnum,§.ſalteni,ff.de dam.infec.art.9.quod ſufficiat iuramentum nota.citra de ſent. excom.c.quod in dubiis,& de leg.1.l.1. uerum miles ad iuramentum receptus uidetur ad totum receptus. Curet autem aduocatus eius, contra quem teſtes examinantur, facere interrogatoria, ut in c. 1. de confeſ. in 6.in c.in contrarium ad articulos partis aduerſę, utputa, ponit actor, quod reus ſibi tenetur ad decem ex cauſa mutui, interrogatorium dicet ſic. In nomine domini amen. Ego ticius in cauſa quam habeo cum p. peto teſtes eius interrogari de cauſa ſcientiæ. Item ſi fuit ſimplex promiſſio. Item ſi interuenit numeratio pecuniæ. Item per quæ uerba reus obligauerit ſe. Item ex qua cauſa. Item in quo loco, & quo tempore, & quibus preſentibus, Item in qua moneta fuit numeratio. Item ſi fuit rogatus uel fortuito aduenit. Item ſi attinet producenti, & in quo gradu & ſi ad eum ſpectat damnū, uel commodum, & ſi eſt amicus producentis, & huiuſmodi alia, prout ſubtilitas aduocati utiliora pū. cta ad interrogandum teſtem nouit, de quo dic ad
7 ſaturitatem, ut in Spec.de teſte.de interroga. † Notandum eſt autem, quod iudex uel examinator teſtium debet teſtes examinare ſecundum puncta interrogatorii, quod ſi examinare omiſerit etiam poſt aperturam, iterum ſunt interrogandi ſuper omiſſis ut c. per tuas, extra de teſti. de hoc autem interrogatorio tangitur, extra de teſti.c.preſentiū,
8 lib.6.† Itē ſciendū eſt, ꝙ teſtes examinandi ſunt per iudicem tantum, non per alium, puta per notarium, quia quæ per iudicem ſunt facienda, non poſſunt per notarium expediri, ut not.C.de iure fiſ.l.
9 inſtar.† Veruntamen ſi teſtes forte abſentes eſſent uel ex aliqua cauſa iudex cauſę examinator, uel teſtes non uelint corā eo cōparere, poteſt iudex eorū examinationē cōmittere, dūmodo cōmittat ei, qui

iuriſdictiom

iuriſdictioni præeſt.C.de fide inſtr. auct. apud eloquentiſſimum, alias non ualet,ut plene not.Innoc. extra de re iud.c.cum bertoldus,ſi tamen iudex cōmittat examinationem alicui de uoluntate partiū, credo ualere, quia conſenſus partium aliquid iuris immutat,ff.de feriis,l.1.& de re iud.l.ſi conueniat. ille autem qui teſtes ex commiſſione iudicis examinabit, referet iudici in ſcriptis. Et ſi iudex examinans perpenderit eos, uel eorum aliquos uacillare in aliquo, uel declinare in aliquam partiū, ſtu debit eos citra ordinem articulorum interrogare.ſ. quandoque de primo, quandoque de ultimo articulo, licet quidam ſuper omnibus ſimul articulis examinant, ac cōmento excogitato eos cōmonent, de quo etiā tractatur in Spec.de teſte.§.nunc tractemus,ſi autem cauſa, uel iudicium ualde protrahitur,quia iuratis teſtibus, & termino probationum decurſo non curat producens ſuos teſtes facere examinare, tunc curet aduerſarius, ut iudex aſſignet terminum ei infra quem teſtes iuratos faciat examinari & deponere dicta ipſorum & peremptorie. Quo decurſo poterit aperire & publicare teſtes, ita que publicatis, alii recipi non poterunt, ut extra de teſti.c.de teſtibus,in fin.niſi animus inceſſerit iudici illud facere,quia nemo tā audax inuenitur &c. l.properandum,§.1.C. de iudi. Et quia dilationum materia eſt amputanda,C.de tempo. appel. l. 2. in prin.& quia eſt malitiis hominum obuiandum, ut l.in fundo,de rei uendi. & not.in Specu.in tit.de teſte.§.qualiter. Qualiter autem puniatur clericus, qui falſum tulit teſtimonium,dicitur.C. de epiſ. & cle.l.præsbyteri, & auct. præsbyteris, nota poſitio-
10 nes fieri poſſe uſque ad cauſæ concluſionē. † Nota ꝙ nō obſtāte,ꝙ teſtes examinati ſuper articulis,eorū atteſtationes ſint publicatę. Attamē ſi ſuper oībus articulis & interrogatoriis nō fuiſſet examinati, nihilominus poſſent et poſt publicationem examina

ri.glo.eſt in c.per tuas.extra de teſti.& C. de tẽpo. appel.§.quia uero multi.in glo.magna. Nota poſitionibus in criminalibus non debere reſponderi. Nota quod non ſufficit teſtes infra terminum ad producendum datum iurare, quando poſtea examinari non uellent. Nota formam conficiendi interrogatorium. Nota cautellam in examinatione teſtium uacillantium adhibendam. Nota interrogatoria fieri poſſe ante litem conteſtatam, & poſt, & per quos. Nota teſtes producendos citari debere, &
11 aduerſariũ, ad uidendum, ipſos teſtes iurare. † Nota formam productionis articulorum cum proteſtatione ſequenti poſt, in Chriſti nomine amen, ſupraſcriptos articulos dat & exhibet talis, & ſi ageretur per procuratorem dicat ſic, talis procur. talis dominus litis factus per litis conteſta.& procuratorio nomine talis ſeu talium in cauſa, ſeu cauſis, quę uertitur, ſeu uertuntur, ſeu uerti ſperantur inter prædictũ talem ex una parte, & talem, ſeu talẽ procuratorem ex altera parte coram tali &c. in fine uero articulorum fiat talis preteſtatio, & proteſtatur inſuper dictus talis, quod non aſtringit ſe nec dictum.d.ſuum ad probandum omnia & ſingula ſupradicta, ſcilicet quod liceat ſibi & parti ſuæ de ipſis tantũ probare, quod ſufficiat ad uictoriã cauſæ. Itẽ proteſtetur, ꝙ ſibi & parti ſuę liceat dictos articulos, & eorum quemlibet declarare, interpretari, diuidere, corrigere, emendari, & ſupplere, de eiſdem detrahere, & alia de nouo facere; & dare in formam iuris, ſi ſibi & parti ſuæ uidebitur expedire. Itẽ proteſtetur, ꝙ ſi aliquid, uel aliqua continentur in dictis articulis, uel aliquo eorum, quod contra ipſum uel partẽ ſuã faceret, ſeu facere uideretur in aliquo illo, uel illis uti, uel exhibere non intendit, nec exhibet ſed illud uult pro nõ dato, & nõ exhibito haberi, & qđ ex nũc pro nõ dato habeatur, & ſi aliqua contrarietas ſeu repugnantia eſſet in eis, uel in ali

quo

quo eorum, uel eſſe poſſet, quod liceat ei & parti ſuæ illam corrigere,& tollere, & factum ad identitatē reducere,ꝑut ſibi & parti ſuę uidebitur expedire.

SVMMARIVM.

1 Si ad ſententiam procedatur ante publicationem teſtium,eſt iuſta cauſa appellandi.

De teſtium publicatione.

FActa igitur teſtium utriuſque partis examinatione,eſt ad publicationem procedendum,ſed ante publicationem is contra quem recepti ſunt, proteſtetur tā contra dicta quā contra perſonas ſaluū ſibi ius ſuum fore.C.de probatio.auc. at qui ſemel & extra eo,c.de teſtibus & c.ueniens & ca.præſentibus lib.6.& de proba.c. licet, quæ quidem publicatio neceſſario eſt facienda, quia eſt de ſubſtantialibus cauſæ,ſecundum notata,in gloſ.in d.l.prolatam.† Et dicunt canoniſtæ, quod ſi ad ſententiā procedatur ante publicationem teſtium eſt iuſta cauſa appellandi,extra de accu,c.qualiter & quando publicabit igitur iudex atteſtationes, & aſſignabit partibus dilationem ad copiam accipiendam ipſorum,& ad obiiciendum exceptiones contra perſonas,& dicta ipſarum. Non igitur procedat iudex ad aliquid ante publicationem,& datam copiā petenti,& ante termini aſſignati lapſum, alias nec in ciuili,nec in criminali poteſt deferre iuramentum in defectū ꝓbationis,ut dictū eſt ſupra tit.1.nec in in criminalibus poteſt procedi ad torturam, niſi dictis,teſtium, per quos probantur iudicia publicatis nec aliud grauamen ex actis,& actitatis inferri pōt,nec ferri pōt ſñia.ut d.iuribus continetur. Ad obuiandum igitur malitiis hominum,noua cautella eſt per Inno.inuenta.Nam ante publicationem

teſtium iudex uocare debet partes; uel earũ alterã, dicens teſtes contra te inducti examinati ſunt; quare aſsigno tibi terminũ talẽ, infra quẽ obiicias quicquid uis contra perſonam teſtium receptorum, & ualebit hęc cautella contra eos, qui teſtes contra ſe dicentes reprobant, & dicentes pro ſe approbant. Quod quidem ante publicationem fieri nõ poteſt, ut notat Inno. extra de teſti. cap. præſentium, lib. 6. licet hæc cautella ualeat quo ad perſonas, nõ quo ad dicta. Facta igitur publicatione aduocati partium faciant recipi copiam, ut exceptiones contra perſonas obiiciant, ut in ſequenti titulo.

SVMMARIVM

1 Amicus an poſsit eſſe teſtis.
2 Parens pro filiis, nec deſcendentibus teſtificari poteſt & quid de collateralibus uel affini, nu. 3, 4.
5 Socius teſtis eſſe non poteſt.
6 Venditor in cauſa emptionis rei, quam uendidit nõ eſt legitimus teſtis.
7 Fideiuſſor teſtis eſſe non poteſt.
8 Domeſticus uel familiaris nõ eſt legittimus teſtis.
9 Vir & uxor inuicem a teſtimonio repelluntur, & quid de ſocero an pro nuru uel genero admittantur. num. 10.
11 Vaſallus pro domino teſtificari non poteſt.
12 De capitulo, uel collegio, uel uniuerſitate non admittitur in teſtam. nume. 19.
13 Prælatus eccleſiæ pro ſua eccleſia teſtificabitur.
14 Criminoſus in crimine perſeuerans a teſtimonio repellitur.
15 Infamis non poteſt eſſe teſtis.
16 Remotus ab aliqua dignitate propter ſui turpitudinem teſtis eſſe non poteſt,
17 Excommunicati & ſuſpenſi nõ poſſunt eſſe teſtes.

18 Excommunicatus contra excommunicatum & criminoſus contra criminoſum non admittitur in teſtem.
20 Impuberes,mutus,ſurdus,uel furioſus & cui bonis eſt interdictum à teſtimonio repelluntur.
21 Legatarius & fideicommiſſarius pro eorum relicto a teſtimonio repelluntur.
22 Factus pubes an poſſit teſtificari de his quę uidit in puerili ætate.
23 Monachus regularis uel alius religioſus ſub obedientia aſtrictus non poteſt eſſe teſtis ſine ſuperioris licentia.
24 Teſtis redemptus,uel coniunctus, inſtructus, uel ſubornatus, a teſtimonio repellitur.
25 Cecus agens de teſtimonio uiſus non admittitur.
26 Pagani Iudei,uel heretici nō ſunt legitimi teſtes.
27 Pauper a teſtimonio repellitur.
28 Teſtimonium proſenetę non ualet.
29 Notato ſine uerberibus non ſtatur.
30 Inimicus in teſtem non admittitur.
31 Item laicus in clericum non admittitur in cauſa criminali nec econtra.nu.32.
33 Teſtis in re & cauſa propria quis legitimus eſſe nō poteſt.
34 Qui eſt in uinculis & cuſtodia publica detinetur, & qui ſe expoſuit,ut cum beſtiis pugnaret.Item qui palam quęſtum fecit,uel facit, & qui nunc producitur,ante meam cauſam fuit productus,teſtes eſſe non poſſunt.nu.35.36.
37 Patronus uel procurator in cauſa contra quā producitur non eſt legitimus teſtis.
38 Teſtes ad ęternam rei memoriam quando examinentur.
39 An geſta & acta coram uno iudice proſint coram alio.

De

De exceptionibus contra perſonam teſtium.

POſt publicationem teſtium & copiam receptam diligenter inſpiciat aduocatus, ſi teſtes receptos poteſt quomodolibet reprobare, & primo eos repellat per exceptionem contra perſonam, circa qđ ſequere ordinem Specu. ut ipſe plenè ponit in tit. de teſte. §. 1. tu autem dic breuius opponendo, id
1 eſt; quòd † Teſtis receptus eſt maximus amicus. ff. eod. l. teſtium, circa princip. & de uerbor. ſignifica: l. latè. §. cunctos. extra eod. cap. nuper. Item quòd eſt coniuratio, uel conſpiratio. extra de accuſa. cap.
2 cum oporteat. † Item quòd eſt parens, qui non poteſt pro filiis, uel deſcendentibus teſtificari nec econtra. C. de teſtibus l. parentes. ff. eo. l. teſtis idoneus, igitur nec per matrem, quæ ſub nomine patris continetur. ff. de uerb. ſign. l. ampliorum parentum.
3 † Quid de collateralibus, dic, quòd uolentes inter ſe, & pro eis teſtificari poſſunt & ualet teſtimoniũ eorum in cauſa ciuili, in qua etiam frater carnalis pro fratre teſtificari poteſt, ut notat in d. l. parentes iuncti inter ſe non coguntur, ut l. nullus ff. eod. Quid ſi uolunt contra coniunctos, ſed pro aliis teſtificari, an ualebit, gloſſ. determinat, quòd nõ, quia pro utraque parte ualebit, ut no. in d. l. nullus & dic ut not. extra eod. cap. cum nuncius, in cauſa autem criminali huiuſmodi conſanguinei & affines repelluntur c. 1. 4. quæſtio. 3. item l. Iulia. & 3. quæſtio. 9. c. abſque 2. q. 5. c. ſi nobiliter, & non coguntur, niſi ubi alias ueritas nequit haberi ſecundum quoſdam, uel dic, ꝙ collaterales in cauſa criminali admittuntur uolentes poſt tertium gradum. 3. q. 2. cap. primò, ſed uſque ad illum gradum non coguntur inter ſe teſtificari 4. q. 3. uerus, & nullus iudiciorum, & dic, quod ſi teſtis pariter attinet utrique partium admittitur, quia par cauſa affectionis remouet

uet ſuſpitionem. ff. de ritu nupt.l.non ſolet.§.1. in ciuili autem nedum remoti, ſed etiam propinqui conſanguinei admittuntur inter ſe, & contra, & etiam inter exceptiones notatur tertia quæſtione quinta cap. primo, ergo generaliter excipitur contra teſtes, quia eſt conſanguineus quarta quæſtio
4 ne quinta cap.primo † Item quod eſt affinis, ut di-
5 cto cap.uſque. † Item quod eſt ſocius producentis, ſiue omnium bonorum, ſiue in re, in qua teſtificatur, quia uidentur in re propria teſtificari, quia quod commune eſt, meum eſt.ut ff.de leg.prima, l.ſerui electione. §.primo, quum ad eum pertineat commodum, & incommodum.l.prima,§. biduum. ff. quando appell.ſit, & facit, ff.pro ſocio, l. cum duobus.§.primo, de ritu nup.l.iſtud, & hoc eſt uerum, ſiue ex conuentione ſint ſocii, ſiue incidenter effecti, puta ex delegata hæreditate, uel ex donatione ff. ſi pars hæred.pe.l.prima, §. quinimmo, & pro ſoc.l.tertia, & extra de prebend.cap. dilecto, & per eundem modum excipitur contra omnem, uel omnes, ad quos damnum, uel commodum ſpe-
6 crat. † Et ideo uenditor in cauſa emptionis rei, quam uendidit, non eſt legitimus teſtis, ut notatur.C. de teſtib. l. in omnibus, & ibi plenè, ut ff.
7 eod. l.nullus, & extra eod.cap. inſuper. † Quid in fideiuſſore, & dic idem, quia ſua intereſt. ff. de appell. l.ſententia.unde dicitur ſuam cauſam defendere.ff.quando appel. ſit l.ſecunda, & l.ſi tibi. §.fin. Alii diſtinguunt, aut principalis eſt ſoluendo, aut non arg.ff. de mino.l.cum mandato, maxime quia non eſt prohibitum l.prima, ff.eod.ſed primum ue-
8 rius. † Item obſtat, quod eſt domeſticus, uel familiaris, ut dicitur C. de his qui ad eccle. coniu. l. preſenti. §. ſanè, & C.de repu. l.conſenſu, extra de teſtib.cap.ueniens, & intellige domeſticum, uel familiarem tunc temporis, quando teſtificatur, ſi enim tempore teſtimonii deſiit eſſe non repellit.

Nam

Nam affinitates non attenduntur quæquandoque fuerunt, ſed præſentes l. tertia §. affinitates ff. de poſthum.unde cautè quidam dant licentiam fami liari ſuo, ut teſtimonium ferre poſſit, & intellige de ſeruiente, uel de mercennario, qui mercede non gratis ſeruet, ſed ſecundum Specu. poteſt dici, quòd repellitur ut domeſticus, extra de teſti. ca.
9 in literis & ff.eo.l.pe. † Et ex hac ratione repelluntur inuicem uir & uxor a teſtimonio, quia perſona una cenſentur & una caro. extra de bigamis debi-
10 tum ff.communia ſucceſſ.l.ut poſſit. † Quid de ſocero nunquid pro nuru, uel genero admittatur, & non uidetur quia ſocer locum parentis obtinet. ff.
11 ſolut. matrimo.l.quia parentes.†Item obſtat, quòd eſt uaſallus, qui pro domino non admittitur, quia poteſt ei imperare: quicunque enim poteſt imperari; uel ratione patriæ poteſtatis uel dominicæ: obiicitur quòd eſt ſine ratione teſtimonium non eſt
12 idoneum ff.de teſti.l.idonei, & ibi gloſſ.† Sed an repellatur aliquis de capitulo, uel collegio, uel uniuerſitate cum unum corpus reputatur, hoc caſu teſtificari non poteſt pro uniuerſitate ff. quòd cuiuſ. uni.no.l.2.& l.in tantum §.1. ff.de rer. diuiſio. 14. q.2.c.ſuper prudentia.extra eo.c. nuper & cap. quum nuncius & cap.inſuper.Specu.tamen dicit in hoc titu.§. 1. uerus: ſed nunquid in cauſa ciuili ſic indiſtinctè, ſed in criminali diſtingui, quia in accu. contra prælatum poſſunt illi de uniuerſitate, uel collegio teſtificari, extra de teſtib.cap. in omni. de accu.cap.ex parte, quia ita ſunt domeſtici accuſati, ſicut accuſatores ſed quando de uniuerſitate inducuntur teſtes contra extraneum repelluntur indiſtinctè.extra de iureiuran.cap. & ſi chriſtus. nec tunc poteſt dici domeſticus producentis, ſed eccleſiæ, ut d.cap.ſuper prudentia, & licet ei a ſuo prima te poſſit imperari, tamen fauore religionis & reip. admittitur, ut dicto cap.ſuper prudentia §. in mortis

tis

tis.autem,hoc tamen reſtringitur, ut pro ſuo monaſterio non admittatur niſi aliis teſtibus deficientibus,ut d.cap.& ſi chriſtus.in fin.tunc enim coguntur,ne propter defectum teſtium monaſterium in ſui iuris probatione recipiat leſionem. ut ex præ-
13 dictis colligitur.† unde dic,quod etiam prelatus eccleſię pro ſua eccleſia teſtificabitur,extra eo. ca.inſuper.& in contractu pro conuentu poterit teſtifi-
14 cari ar.ff.de iur.fi.l.referre.§.item decreuere.† Item obiice teſti,quod eſt criminoſus & in crimine perſeuerat,& repellitur ſiue in criminali, ſiue in ciuili cauſa,niſi ſit de crimine per penitentiam emendatus,& dic plene,ut in Spec.eo.titu.& per eundem modum excipitur contra teſtem, qui eſt fur, uel adulter,uel huiuſmodi.ff.eo.l.ſcio.quia generaliter pro quolibet peccato mortali repellitur. 4.q 3.teſtes,extra eo.c.er parte.& cap.ſuper,& ff.de fur.non poteſt,tales enim ſunt infames infamia canonica. 6. q.1.illi qui ſed ſi tempore iuramenti eſt idoneus poſtea ante depoſitionem factus eſt criminoſus,an ſufficiat tempore iuramenti, quia dictum teſtis ad tempus iuramenti defertur.ff.de teſti.l.ad teſtium. §.1.ſupra titulo.4.§.propoſitis itaque dic ſecundũ Specu.quod licet tempore iuramenti ignoraretur,ſi tamen poſtea notum ſit, uel poſt iuramentum deliquit,repellendus eſt propter ſuperuenientem in-
15 famiam.4.queſtione 3.ex tali.in fin. † Item obſtat quod eſt infamis extra eo.cap.1.& de proba.c.licet c.forus.in fi.de uerb.ſigni.niſi caſibus exceptuatis, qui notantur. C. de accu.l.ultima infamibus enim portę dignitatum ſunt interdictę. C. de infami.l.1.
16 lib.12.† Item obſtat,quod fuit remotus ab aliqua dignitate propter ſui turpitudinem.ff.de fena. l.2.&
17 3.q.7.cap.terra.† Item quod eſt excommunicatus c.ueniens.el.2.& 3.quæſtione 5. conſpiratores. de hęre.excommunicamus, §. creditores,& C. eodem l.pe.& idẽ de ſuſpẽſo.extra de accuſatio. c. olim in

princ.

18 princi.& de excep.c.apoſtolicæ,& † dic quod excõmunicatus contra excommunicatum, & criminoſus contra criminoſum admittitur quia contra excipiẽtem
19 datur replicatio.& † per eundem modum admitteretur aliquis de uniuerſitate, quando oẽs de uniuerſitate eſſent de eadem ſententia irretiti,ut d. l. quoniam.ubi iudicis officio repelluntur,& de hoc
20 in auct.§.ſancimus.† Item repelluntur omnes qui non habent teſtificationem ut impuberes, mutus, ſurdus, uel furioſus, ut ff. de teſta. tut. l. qui fuere. uel contra eum, cui bonis eſt interdictum uel mulier,quæ erat in teſtamento non poteſt eſſe teſtis, uel eſt talis quę erant in poteſtate teſtantis agere,uel acquirere. nam huiuſmodi omnes
21 a teſtimonio repelluntur. Item legatarius & fidei commiſſarius pro eorum relicto repelluntur,ſed pro uiribus teſtamenti.ſcilicet an hæreditas deferatur,bene teſtificantur.inſti.de teſta.§.teſtes cum.§. ſeq.& l.qui teſtamento.ff.eo. Item excipitur quod eſt impubes.ut ff.eo.l.3.§.pe.& ſupra proxime.nam nec iurare poſſunt impuberes. ff. de iureiuran.l. qui iuraſſe, & §.ſi aduerſus uenditiones,auc.ſacramenta,ergo nec teſtificari,quod ſine ſacramento non ua
22 let,ut dixi ſupra. eodem titu.§.1. poſſet † tamen impubes factus pubes teſtificari de his quę uidit, uel ſciuit in puerili ætate proximus pubertati, ut ff. ad ſillanianum.l.excipiuntur, & not.in d.§.pe.ar.cõtra de iuris & fac.ignor. l. 2, in fin.ſed illud, quod
23 ad ſe pertinet. † Item obſtat, quod eſt monachus regularis, uel alius religioſus ſub obedientia aſtrictus, quia non poteſt eſſe teſtis ſine ſuperioris licentia,11.queſtione 1.monachi, extra de poſtu,cap.2. ff.de re mili.l.1.§.ſi bello,fruſtra eſt enim uox eorũ quos potius interdici quam audiri oportet. 2.q. 7. placuit. dicendum eſt tamen,quod ſine ſui ſuperioris licentia teſtificari non coguntur, ſi tamen ferant, ualeat, quia nullo iure ſunt prohibiti,

ergo

ergo &c.ut.ff.eod.l.1. immo eorum teſtimonio tanquam fidei ueritatis annexo ſtandum eſt,non. enim ſunt deterioris condictionis propter religionem, ſed melioris de epiſcopis & cler.l.fin. & in auct. de mona.in prin. Item excipe, quod eſt particeps criminis, de cuius executione agitur,ut quia eſt in eodem crimine,de libertate tutorum.l.ſi filium. extra de teſti.ueniens, & cap.ſicut.3.quæſt.3.uerus liber, niſi in crimine excepto unde per teſtem ſceleris ſocium ſimonia probatur, muneris, & ſceleris teſtis ſocius reprobatur, extra de teſti.ca.mediatores. lib. ſexto & qualiter tunc opponi debeat. not.in dicta

24 l.ſi filium. Item obiice † quod teſtis redemptus, uel coniunctus, uel inſtructus fuit, uel ſubornatus, ut teſtimonium ita redderet, ut C.eodem l. ſi quis eſt, & l. eos. ff.de accu.extra eodem.cap.1. ſicut nobis.de proba.& cap.licet. & C. de teſti.l.nul-

25 lam.† Item obiice quod eſt cecus, & agitur de teſtimonio uiſus.ff.de iud.l.cecus unde ueritatem per uiſum receptam ſcire non poteſt, ut not.ff.de aqua plu.arcen.l.2.§.idem labeo.niſi teſtificetur de auditu.utputa de contractu uerbis, uel de actis in iudicio prolatis, uel de uerbis iniurioſis, quia tunc de ſuo auditu teſtificatur, & ideo ualet quum

26 non ſit prohibitum. ff. eod.l.1.† Item obiice, quod eſt paganus,iudeus,uel hereticus, extra eo. cap.iudei & cap. licet. & iſtud procedit ſiue chriſtianus cum infideli litiget,ſiue duo chriſtiani adinuicē,ſed ſi chriſtianus contra infidelem litigat poteſt inducere in teſtem alium infidelem.2.queſt.6.ſi hæreti-

27 cus.† Item ſi eſt pauper, qui non quinquaginta aureos in bonis habet, unde contra eum preſumitur in auc.de teſti.§.1.ff.eo. l.3.extra eod.ca.ſi qui,ſed dic,ut dicta l.3.quia non omnes pauperes repelluntur. Nam paupertas non eſt de genere malorum 15.quæſt.1.c.illi.in fi.multi enim ſancti uiri in paupertate uiuentes propriis renūciauerūt bonis,unde

non

28 non ideo repelluntur. Item quod † eſt proſeneta, cuius teſtimoniũ non ualet, niſi de cõſenſu utriuſq; partis teſtificetur. ut in auc. eodem §. quoniam no-
29 tatur. † Item quod eſt notatus cui ſine uerberibus non ſtatur. ut in auc. eo. §. quanta quia debet eſſe nõ
30 tus iudici, ut not. ff. eo. l. 3. §. ideo. † Itẽ quod eſt ini micus. ff. eo. l. 3. & quomodo inimicitiæ teſtes referant, dic ut not. extra de accu. cap. cum oportet.
31 † Item quod eſt laicus qui in clericum non admittitur in cauſa criminali. extra eod. ueniens. l. 1. 2. q.
32 ſeptima cap. laicos, & cap. ſeq. † Item quod eſt clericus qui contra laicum nõ admittitur in criminalibus. 11. q. 1. nullus. Item quod eſt malæ & improbatę uitæ & conuerſationis, & in macula manifeſta, & criminibus irretitus, extra de foro compe. cap. licet. extra de teſti. cap. teſtimonium. in auc. eodem
33 §. quia ita. † Item quod eſt teſtis in re, & cauſa propria. ff. eod. l. nullus. C. eod. l. omnibus. extra eo. cap.
34 inſuper. † Item repellitur qui eſt in uinculis, uel cuſtodia publica detinetur. & qui ſe expoſuit, ut cũ
35 beſtiis pugnaret. † Item quod palam queſtum fecit, uel facit. ff. eo. l. 3. §. iulia. ad fi. Item damnatus. l. iulia repetundarum, & de hermaphrodito. ut ff. eod.
36 l. 1. §. 1. † Item is qui nunc producitur, ante meam cauſam fuit productus. ut ff. eodem. l. produci. & C.
37 eo. l. ſi quis teſt. dic ut ibi. † Itẽ ꝙ eſt patronus, uel ꝓcurator in cauſa, contra quã ꝓducitur. ff. eod. l. ult.
38 † No. q̃ dicit Inno. ſup decretali, qm̃ frequẽter extra ut lit. nõ conteſt. q̃ decretali concordat cũ. l. in l. iulia. ff. ad lẽgẽ aquil. & dic ſicut ibi, ut aũt plenę ſcias tenorẽ huius articuli, quãdo teſtes petuntur recipi ad eternã rei memoriã ante lit. cont. ſic diſtingue aut ille, qui petit, eſt actor, aut reus, quia forte dubitat, ne ſup re, quã poſſidet, ſibi queſtio moueatur. Nam regulariter nũquã actor admittitur ad probandum ante lit. conteſt. niſi teſtes eſſent ſenes moribundi, uel longe abfuturi, ut ſcolares, qui ſunt cito

receſſuri

receſſuri,quia regula eſt quod ante lit.conteſt.non procedatur ad teſtium receptiones niſi in caſibus ut prædixi,tunc enim bene potes teſtes inducere. vt extra.in ca.ſi g ificauit.de teſti.& in l.curent.C.eo. & in auç.de teſt.§.pen. ſi autem reus, uel poſſeſſor alicuius rei uel iuris dubitat,quod moriatur aliqui ex teſtibus,qui ſunt ſui iuris conſcii, aliquis poſſet ſibi mouere litem, & obtinere temporis probationes ſue deficerent poteſt ante lit.conte.teſtes producere,quum non ſit in poteſtate ſua,quando conueniatur. Ratio autem eſt,quia ſi non eſt talis modus prouiſionis pro poſſidentibus adinuentus deperiret ius talium perſonarum, quia ipſi agere non poſſent, quum poſſideant, nec alios poſſunt cogere ad agendum, facit optime ad hoc extra de teſti. cap. ſignificauit, uerumtamen dixerunt nonnulli, quod quum iſti tales poſſidentes poſſint agere aliquo interdicto utputa uti poſſidentis, non habent illud beneficium producendi teſtes ante lit. conteſt.ut tam ſenex, uel abſuturus, uel ualitudinarius, & moribundus, quam iuuenes,& omnes indiſtincte, quum in earum poteſtate non ſit quando conueniantur.ut ff.de excep.do.l.pure.§.ſi. & d. c.ſignificauit.excipiuntur quidam caſus ab iſto ultimo articulo,quia non ſic uſquequaque ſeruatur, ut puta,ſi talis reus,uel poſſeſſor timet,uel ſperat,ꝙ ſibi præſenti queſtio moueatur,non poſſunt teſtes recipere ad eternam rei memoriā.Quia tunc ceſſat ratio illius decretalis ſignificauit hoc permittentis ibi dum dicit,ne proceſſus tempore probationis copia ualeat deperire,unde illa ratio ſtatuit in actore potius qua in reo,ſicut dictū eſt, qm̄ ſi utrobiq; idē ſtatueret ius ſupuacuē loqueret,& fruſtra eſſet adinuētæ,& pdite ſupradictæ decretales,& leges.Et Attēde quia tēpore talis receptionis debet fieri denunciatio aduerſario,uel eius heredi,ut dict.cap.ſignificauit.extra de teſti.Nota circa hanc materiam

ea.

ea quę notantur per Iacob.butrigarii.l. geſta. C. de
39 re iudica.† unde cum quęritur,an geſta & acta coram uno iudice proſint coram alio,diſtingue aut immutatur perſona agentis,uel rei,& tunc dicit, quod regula eſt quod ſententia lata contra duos non prę iudicat cęteris.ut C.quibus res iu.non nocet,per totum.quod tamen quandoque fallit ad preiudiciũ plenum, ubi plures perſonę haberentur loco unius ut l.hęredes.§.idem ſcribit. ff.fami.hær.aut non mutatur perſona unius,ſed res, uel cauſa,& eo caſu dicant eſt alia cauſa in ſpecie, ſed non in genere,aut alia ſpecie & genere,primo caſu,aut eſt eadem res, uel cauſa deſcendens a prima,& tunc paratur exceptio.ut l.fundi.ff.de excep.aut res uel cauſa eſt prorſus extranea.& tunc non obſtat exceptio,ut l.conquæritur,& l.cum de hoc.de exceptio.rei iudi. & l. an eadem §.actiones.eodem titu. Aliquando neque res,neque cauſa permutatur,ſed ſimpliciter inſtantia.& dic,quod acta ad prępararionem durant in eadem inſtantia,non in alia,ut l.properandum. §. illo C.de iud.& notatur in l.ſi ut proponas.C. quomodo & quando iudex aut ad deciſionem , & tunc aut ſunt acta publica,& non nocent in alia inſtantia,ut hic alias non l.cum apud.C.de teſti.aut nil immutatur niſi perſona ſolius iudicis ſuccedentis in locum primi,& tunc dic quod omnia acta ſiue ad probationem,ſiue ad deciſionem proſunt coram eo, dum tamen ſint publica,ut l.edictum.ff.de iud.& l.mortuo eo.titulo.

SVMMARIVM.

1 Teſtis interrogatus,ſi nullam cauſam ſui dicti reddidit,non admittitur.

2 Dictum teſtis obſcurum uel cõfuſum,uel ambiguũ, ſeu incertum non ualet.

3 Teſtimonium depoſitum extra articulos non ualet.

Dictum

4 Dictum teſtis in ſeipſo uarium nõ admittitur.
5 Teſtis qui aliquid dicto ſuo addit, per quòd dictum ſuum totum decolorat reprobatur.
6 Teſtis ſingularis in ſuo dicto repellitur.
7 Teſtis debet teſtificari ueritatem de eo q[illegible]t uel audiuit non de eo ꝙ ſibi uidetur.
8 Appellatione uiſus omnes ſenſus continentur.
9 Teſtis diſcordans de loco & tempore repellitur:
10 Teſtimonium de credulitate & auditu alieno non ualet.nu.12.
11 Tempus exigitur in probatione.
13 Teſtes unum & eundem ſermonem dicentes uidentur ſubornati.
14 Teſtes palam & nõ ſecrete examinati non probãt.
15 Receptio teſtiũ ante lit.conte.ualet. item ante publicationem aliorum teſtium nõ ualet.nu.16.
17 Teſtes recepti in quarta dilatione uel productione non probant.
18 Quando eſt renunciatum & concluſum in cauſa non ſunt teſtes recipiendi.
19 Exáminationẽ teſtiũ in cauſa criminali non poteſt iudex alteri committere.
20 Dicta teſtium non conuenientia nec ſeruientia intentioni producentis non admittuntur.
21 Teſtibus qui in dictis eorum fuerunt uacillantes, & titubando teſtificati fuerunt minor fides adhibetur.
22 Teſtes probantes de uulnere, unus cum ſanguine alter ſine ſanguine, uel unus de uno uulnere, alter de pluribus ſunt deiiciendi.

De exceptionibus contra dicta teſtium.

Dicto ſatis plene de exceptionibus contra perſonas teſtium ut ſupra titu. proximo, proſequendum eſt nobis dicta, & atteſtationes eorum
1 obiicitur † itaque contra dicta teſtium quia in-

terrogatus nullam cauſam ſui dicti reddidit. C. eod.l.ſol[illegible] extra eodem cauſamque.C.de lib.cauſa.lege[illegible]ter.& de edic. diui Adria.tol. l. fin.& in au[illegible] §. & licet dudum, extra de fide inſtr. cap.[illegible]tio. niſi de cauſa interrogatus non fuerit, quia non debet eſſe uerboſus, ut nota. in dict. l. ſolam, arg.C.de præcib. impera.offer.l.fin.& ideo nudo tunc dicto ipſius ſtatur extra de iudic. cap. ſicut nobis. Item obiice quod, quamuis reddat cauſam ſui dicti, tamen non certam uel aptam, nec dicto ſuo congruentem, ut puta dicit teſtis, ſcio quia audiui dici ſcio, quia ſcio, uel extraneo dicto ſententiam diffinit, quia magis eſt attendenda ratio, quam ipſum dictum, ut C. quæ ſit longa cõſue.l.2.& ff.de iu.pa.l.adigere.§.quãuis.24.q.3. uerum ſolam, & ibi nota. C. eo. l. teſtium.in glo. ſic

2 ergo. Item † quod dictum teſtis eſt obſcurum, uel confuſum, uel ambiguum, ſeu incertum, unde non ualet.ff.de reb.dub.l.3.& de reg.iur.l. in ambiguis, & de his quæ pro non ſcript.hab.l.2. & de uſu cap. l.quotiens, extra de proba. in præſentia. Innoc. quando eſt dubium, contra producentem eſt interpretandum, ut dicto cap. in præſentia, & ff. de uerb.obl. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus, quia in dubiis ſemper pro reo iudicamus, ut l. arrianus. ff.de acto.& obl. ex litteris extra de proba.& c.inter dilectos, in fi.extra de fide inſtr.arg.contra.ff.de iudi.l.ſi quis intentione, ut pro actore proferente interpretemur, ſed dic ſecus in dicto teſtis, quia probatio debet eſſe certa, & clara, ut C.de proba.l.ſciãt, extra teſti. cap. cum tu. unde ſi ſint obſcura contra producentem reducimus, ut dictis iuribus. Quando autem ita confuſum eſt dictum teſtis, ut intelligi non poſſit, iterum eſt examinandus, ut nota.in dicto cap. in preſentia, dummodo ſcias, quod defectus ſyllabæ non nocet, ut ff.de iudi. l. qui habebat extra de fide inſtr.cap.cum Ioannes. Item

quod

quod in ſuo dicto aſſeruit negatiuam.ff.de arb. l. ſi cum dies, extra de cauſa poſſeſ.& propri.c. cum ec-
3 cleſia. † Item quia depoſuit extra articulos, unde dicitur deponere nõ iuratus,ut ff.de iur.iur.l.ſi duo patroni. §.iulianus de peti. hære. l. ſi quis libertatem. §. fin. extra de teſti. cap. de teſtibus, & de teſti.cogen.c.preterea, & de proba.c.licet.unde cautella eſt, ut teſtis iuret dicere ueritatem ſuper tota cauſa,nõ tantum ſuper articulis,uel intentione, quia tunc etſi extra articulos dicat, puta ſuper coherenti materia & dependentibus ualet, quia ad cauſam faciunt,& non poteſt dici, quod deponãt non iurati. Item obſtat,quod iurauerunt nulla parte preſente, uel non citata parte iurauerunt, unde actus non ualet,ut C.eo iure iurando,& c.ſi quãdo extra eo.c.nuper.c.2.dixi ſupra titulo proximo. Itẽ
4 obiice quod † dictum teſtium eſt uarium in ſeipſo, quia primo negat, poſtea affirmat, uel etiam eſt uarius ad dicta aliorũ teſtium, & ideo non ualet.ff. ad.l.corne.de fal.l. eos, ut in auc. de teſt. §. ſi uero quidã,& §.ſi uero adſit,& ideo torquendus,ut d. §. ſi uero quidã,& C.eo.l.nullum,uel dic, ꝙ ſi non ex interuallo,& antequã parti loquatur,ſuũ dictũ colligat,quod ſtatur dicto ultimo, quia ultima opinio preualet,ut.ff.ue de iure condic.l.dixi.§.licet,& ita tenet glo.in auc. qui ſemel. iudex enim qui magis ſcire poteſt,caute conſiderabit motũ & rationẽ,quã teſtis in corrigẽdo adhibet,& ſecũdũ eã alteri dicto
5 animum adaptabit,d.3. † Item obiice, quod dicto ſuo aliquid addit,per quod dictum ſuũ totũ decolorat,3.q.1.c.publico,notat Inno.de hære.c. fraternitati.Si autem tale additur, ut faciat ad ſubſtantiã, & circunſtantias cauſæ,uel negocii,de quo teſtificatur,ẽt ſi falſum ſit,non nocet,ut.ff.de uerb.ob. quæ extrinſecus ẽt ſi ſciẽter addat,quid ad rõbũ,ut nota
6 tur.ff.de iu.codicil.l.quidã referunt. † Itẽ obiice, ꝙ eſt dictũ unius teſtis,qui non habet conteſtẽ,ſed eſt

ſingularis in ſuo dicto, unde non probat, quia uox unius,uox nullius,ut C.eo.l.iuſiurandi extra eo.c. ueniens. Conſiderabit tamẽ aduocatus cauſæ quãtitatem,ſi in defectum probationis ſit iuramentum deferendum,ut dixi ſupra de iuramento calumniæ, §. item aliud genus, & ibi plene. Item obſtat,quod reddit teſtimonium iuris, ut puta quia in cauſę redditione dicit quod ita eſt de iure, uel quia mihi ita uidetur,uel quia ſcio,quod talis eſt dominus ta
7 lis rei,nam hoc eſt teſtimonium iuris,nõ facti.† Teſtis.n.debet teſtificari ueritatem de eo quod uidit, uel audiuit nõ de eo,quod de iure ſibi uidetur,quia hoc eſt cõtra eius officiũ, quia non auditur in iudicem,ſed in teſtem,quia teſtis debet reddere teſtimoniũ ſuum rude,& ſimpliciter prout ipſe de facto nouit,ff.de uerb.obli.l.ſtipulatio iſta.§. hoc quoque, unde notat Inno.extra eo.c. cũ causã,ꝙ hoc teſtis officium eſt de reddenda ueritate ſcientiæ, ſicut percipit & aliquo de quinque ſenſibus corporis, unde ſi teſtis dicat, ego uidi talem ſic faciẽtem,& in cauſa ſcientię dicat,audiui, certe iſta ſcientię cauſa nõ eſt apta,ſed dicat, quia fui pręſens & uidi & ſic de ſingulis ſenſibus,& plene ut ipſe in d.c. cũ cauſam.
8 Eſt tamen ſciendum, quod † appellatione uiſus omnes ſenſus continentur, quia omnes ſenſus conſtãt in intellectu,intellectus aũt eſt cõmunis ad omnes ſenſus, quia ſub animaduerſione inſpectus pręcordiorum cõprehenditur ẽt quod eum mouet.ff. de in iu.l.apud §. quod ait prætor, quod tamen uidetur
9 intelligendum de uiſu. † Item obiice, ꝙ diſcordat de loco tempore, & perſonis extra eo.c.cũ cauſam, & c.licet el.2.ſicut accidit in ſuſana ut notatur.C.
10 eod.l.teſtimonium. † Item opponitur, quod teſtificatur de credulitate quia non ualet ut notatur in l.teſtimonium.§.non in caſu.ff.de uentre inſpi.l.
11 1. † Item obiice, quod non continetur tempus in dictis eorum, propter quod uidetur inſufficienter probare.

probare.ff.de teſti.l.3. uerus uerba epiſcopi, & ibi excipitur,&c. Plerunque propter actiones, quæ tẽpore pereunt inſti. de perpe. & temp. actio.§.1. & ideo tempus exigitur in probatione, ſicut in ſenatuſconſulto, ſigillatio, quo anno flagitium ſit admiſſum exigitur, ad idem.l.libellorum. ff. de accu. ſed in libello, cap. nihilominus. 35.queſt.6.cap.de parentella, ſed ſecundum Ioann. non exigitur tempus in teſt. niſi quando tempus requiritur ad alicuius facti exiſtentiam, ut plene notatur. ff. eo. l. ob carmen.§.fin.& l.optimam, C. de contrahen. & com. ſtip. ubi probatio fit cum adiectione diei, & temporis ut ubi dicitur, ſed nec ſunt teſtes neceſſario de tempore interrogandi, niſi quando uiderentur ſuſpecti ut notatur in d. l. teſtium,ſi tamen ex interrogatoriis partis aduerſæ partes interrogarentur de tempore,tenerentur reſpondere, ſed ſi dicat,
12 neſcio non nocet. Item obiice, quod ſtulit teſtimonium de auditu alieno, quod non ualet,niſi in caſu aquæ pluuię arcendę.ff.de aq. plu.arcen.l.1.& in alio caſu extra de teſti. cap. licet ex quadam, tamen de auditu de his ualet, quę ad auditum pertinent, puta, ſtipulatione contractuum, & in uerbo expreſſione. ff. de uerbo. obliga. l. prima, & de iniuriis.l.1.§.nobis autem, & in l.item apud.§.quęritur. Sed quando teſtificatur de uiſu, non eſt apta cauſa, quia audiui uel econtra, ut ſupra eod.
13 §.item quod credit &c. Item obiice,quod dicunt unum, & eundem præmeditatum ſermonẽ quia ex hoc uidẽtur ſubornati.ff.eo.l.3.§. ideoq; in fi.quod quidem multi tabelliones faciunt,& malè, quia talium teſtimonium non ualet,ut d.§.ideoque in fin. Niſi dicat ad morem ſeu ſententiã ſcribẽtis referre
14 ſecundũ ſpec. Item obiice ꝙ palã nõ ſecretè ſunt examinati.C.eo.l. nullũ extra de accu. inquiſitus. Itẽ obiice ꝙ nõ interrogati teſtificãtur, quod eſt uerũ in certis caſibus,alias ualet.ff.eo.ad fidẽ,& ibi no

15 tatur plenè.† Item obiice, quòd ante lit.conteſta. ſunt recepti, ut in auct.de exhi.reis,§.ſi uero,& extra ut lit.non conteſtat.per totum, niſi in his, quæ probanda ueniunt ante lit.conte. tanquam preambulam, ut exceptio dilatoria & declinatoria, incidēs & ſimiles.ſed cautius eſt,ut ſuper illa exceptione probanda lis conteſtet,& ſic ualet. Sed in cauſa inquiſitionis & denunciationis ualet receptio teſtium ante lit.conteſt.extra ut lit.non conte.quoniam frequenter,& ibi numerantur ſex caſus, quos breuitatis cauſa ommitto. Item in probatione ad perpetuę rei memoriam ut ibi notatur & ff.ad l.acquil.l.1.Ad idem ꝙ notatur extra.de off.iudicis, c. 2.ff.de interro. actio. ſuper rubrica, & adde quòd
16 dicam infra titulo proximo in fi.† Item obiice, ꝙ recepti ſunt poſt publicationem aliorum teſtium, ut in auctent. qui ſemel. & notatur eod.cap.de teſti.unde hodie de iure nouo introductum eſt, ut in cauſa appellationis non inducuntur iterum teſtes in ipſa cauſa producti notatur in cle. teſtibus de
17 appell. † Item obiice quòd recepti ſunt in quarta dilatione uel productione, quæ danda non eſt ſine cauſę cognitione, ut in auc.eod. §. illud, & §. quoniam c.de teſtib. extra eo.& auc. at qui ſemel. Sed in primis dilationibus teſtes recepti publicati ſunt & atteſtationes productæ, lite conteſtat. Item alia dilatio,uel productio denegatur propter timorem ſubornationis d.auc.at qui ſemel in prin.
18 & plenè notatur in d.cap.de teſtibus. † Item quòd eſt renunciatum, ſeu concluſum in cauſa, ut auct.
19 iubemus & ibi notatur.C.de iudiciis.† Item quòd examinationem teſtium in cauſa criminali iudex alteri commiſit unde non ualet,ut in aucten.apud eloquentiſſimum.Item quòd facta fuit commiſſio examinationis teſtium ei qui iuriſdictioni non præeſt unde ēt in ciuili non ualet, ut dixi ſupra, de termini aſſignatione uerum item ſcire debes.

Item

20 †Item obiice,ꝙ dicta eorum non conueniunt, nec ſeruiunt intentioni producentis C. de probat. l. ad probationem in fi. ut ſi dicant ſe conſcios ꝙ aliqui ſe carnaliter coniunxerunt,ſed de uiſu non aſſerũt, quia non ſtatur eorum dictis, extra eo. c. præterea
21 & ff. de interro. acti. l. confeſſionibus. †Item obiice, ꝙ in dictis eorum fuerunt uacillantes & titubando teſtificati fuerunt, unde minor fides eis adhibetur, ut notatur ff. eo. l. 3. in prin. Quibus autem teſtibus magis ſit credendum, dic, ut in d. l. ob carmen. §. te
22 ſtis,ſed non eſt omittendum.†ꝙ licet unus & alius teſtis probet de uulnere,ſed unus ſine ſanguine, al ter cum ſanguine, uel unus de uno uulnere, alter de pluribus,ꝙ ideo dicendi ſunt contrarii, uel diuer ſi,& ꝙ talis diuerſitas nocet, ſed ſunt ad concordiã reducendi, extra de teſti. c. cum tu, niſi eſſet factum uel dictum non iterabile, ut homicidium, ut ff. ad l. acquiliam l. item ueniunt. §. fi. & de interro. acti. l. confeſſionibus. At in factis, uel confeſſionibus itera bilibus ſecus eſt ff. de uerb. obl. l. ſi ſic,& rem ſaluam fore, l. non quaſi §. pe. quia cum iterabilia ſunt, iterabilia pluries commiſſa, & pluries punienda ueniunt. ff. ad l. acquiliam. l. illud §. fi. in prin. ff. de ter. amo. l. agraria,& ibi plenè legitur,& non niſi plura delicta iterabilia ad unum tendant effectum,& ita loquitur d. §. in fi. ſecundum Dynum. Iteratio autem cum in facto conſiſtat non prȩſumitur, niſi probetur ff. ex quib. cau. ma. l. denique,& de cura. furi. l. conſilio in fi.

SVMMARIVM.

1 Probationum genus ſex continet ſpecies.
2 Iudex non debet animum ſuum ad unam ſpeciem probationum reſtringere.
3 An & quando deferatur iuramentum & cui & quãdo non in defectum probationum.

4 Quotieſcunque de uno agitur & aliud probatur an ſequi debeat abſolutio.

5 Quotiens in libello plura proponuntur alterum probare ſatis eſt.

6 Cautella utendi uidentibus probationes factas ultra uel præter libellum.

7 Poteſtas iudicis ultra probationem non extenditur.

8 Vltra dies termini probationis uel comparitionis alicuius citati,ſi incidit in diem feriatum an admittatur in die ſequenti.

9 Termino elapſo nemo auditur.

10 In probatione ad æternam rei memoriam publicātur teſtes,& copia traditur partibus.

11 Duæ ſemiplenæ probationes ſeu præſumptiones cum aliis adminiculis probant.

12 Traditio poſſeſſionis an poſſit probari per inſtrumentum.

13 An poſſit probare quis contra id ꝙ continetur in inſtrumento contra exhibito ſi uult.

14 Hæres in inuentario confeſſus quædam in hæreditate inueniſſe, & poſtea dicit ſe erraſſe,& uult contrauenire nunquid poſſit.

De ſingulis ſpeciebus probationum.

QVoniam ſuperiori titulo de termini aſſignatione dictum eſt, quòd dandus eſt terminus ad probandum, probatio autem conſiſtit in diuerſis ſpeciebus, ſeu generibus probationum, utile eſt
1 de ſingulis probationum ſpeciebus differere. † dic ergo quòd genus probationum ſex ſpecies continet,ſcilicet per confeſſionem, per teſtes per inſtrumenta,quæ de his tribus dicitur,& notatur in auc. de teſtibus circa prin.C.de reſcin.uen.l. cum ſuper inter quas eſt etiam ſcriptura propria manu ſcripta,ſiue publica,ſiue priuata, quia ei ſtatur contra

ſe.

ſe.ff.de eden.l.quædam §.fi.ff.de teſti.l.3. §.eiuſdē. Item eſt alia probatio per facti euidentiam.ff. fini. regun.l.ſi inuptam. C.eo.l.3.nullę enim ſunt ualidiores probationes quam per facti euidentiam,per quam etiam notorium inducitur, extra de cohabi. cleri.& mulie.tua & c.ult.& notatur & extra de iu reiur.c.ad noſtram.Item alia eſt probatio per iuramentum,ut C.de iureiura.l.actor,& de fideicom. liber.l.quæſtus ff.eo.l.1.& l.nam & poſtea. Item & domini canoniſtæ addunt notabiliter ſextam ſpeciem probationum,ſcilicet uiolentam preſumptionem,notatur in c.cum ad ſedem de dol. & cont.per quam ita ualida ſit probatio & ꝙ non admittitur probatio in contrarium,quod dic,ut notatur,C. de probatio.l.ſiue extra de eccle.edi.clericus,& de prębend.ſuper literis, & C. de adulte. l. ſi qui earum probationum:quęlibet per ſe eſt ſufficiens & ſi probatur per unam ſpeciem,ſufficit,ff.de re.cre.l. quidam de uerbo.ſigni.l.ſæpe uerus.cum uero. Et ideo
2 dic,quòd † iudex non debet animum ſuum ad vnā ſpeciem probationum reſtringere,ut ff.eod.l.3. & l. ob carmen §.fi.Nota quod quatuor ſunt modi aliquem conuincendi:aut enim conuincitur iuris probatione l.inſtrumentis uel teſtibus,uel confeſſione aut facti euidentia,extra de cohabitatio. cleric. & muli.c.tua,aut iuris interpratatione, ut ſæpius citatum, & contumacem eſſe reum criminis.tertia quæſtio.9.de criminis,aut etiam in dolo. ff. de reg. iur. non poteſt iudex, aut ſuſpicione uiolenta.
3 C. de adulte. l. ſi quis. † Probatio autem ſecundum aliquam ſpeciem ex prædictis, aliquando fit plenè, aliquando ſemiplenè, in plena probatione erit iudicis officium ferre ſententiam ſecundum eum,qui ſuam intentionem impleuit,C.de rei uendi.l. fina. ff. ad l. acquiliam l. proinde. In ſemiplena debet iudex deferre iuramentum quod habeat ſupplere probationis defectum; ponitur in l.

in bonæ fidei.C.de iureiur.& in l.admonēdi.ff. eo. & ibi de hac ſemiplena probatione tractatur. & hoc quidem iuramentum eſt deferendum actori potius, ut colligitur ex eo, quod notatur extra de iureiurando cap. fina. in fin. & in l. admonendi ff. eod.& ibi de hac ſemiplena probatione plenè tractatur, & hoc quidem iuramentum eſt deferendum actori & fuit opinio Vgutionis in d. l. in bonæ fidei, nam perſona actoris dignior eſt perſona rei, ut notatur inſtitu.de actioni. §.ſed iſte: intellige, quod prædictum iuramentum eſt deferendum in probando non autem in reprobando ſi alias actor plenè probauit ſuam intentionem contra quam reus uult probare exceptionem ſuam, puta ſolutionem,uel aliquod pactum ad elidendum probationem factam,& eam probat ſemiplenè,hoc quidem caſu non puto deferendum reo iuramentum in defectum ſuę probationis,immo ſtandum eſt plenę probationi actoris,ut eſt expreſſum inſti.de inuti.ſtip.§.item uerborum ad fi.C.de edic. diui adri. toll.l.fi.§.fin.autem.Nam in cauſa poſſeſſorii,uterque,ſcilicet actor & reus poſſident,& tamen obtinebit qui probarent titulum, ideo quia plus probat,ut plenè notatur extra de proba.ca.licet C.uti poſſi.l.1.duę enim res uincunt unam c.1.de op.no. nun.& quia maius trahit ad ſe minus.ff.de acquir. rerum domi.l.quicquid §.fi.extra de conſe.eccl.uel alta.cap. 1.lib.6. & fortius uincit debilius extra de ſpon.c.inter & ideo puto ſeruandum in replicatione,quia idem iuris eſt in replicatione,quod in exceptione,ut notatur ff.de pecu.l.quæſitum.§.pe.in canonibus etiam dicitur, ꝙ ſi probaui per teſtes,mecum bertam matrimonium contraxiſſe, ſi quidem aduerſarius probat per duos,uel totidem teſtes ꝙ eram abſens in aliquo loco,non tollitur per ſecundos teſtes probatio primo facta niſi per plures teſtes,& longe melioris opinionis & famę,ut nota.3.

q.3.

4 q.3.c.teſtis in magna glo.† Quid ſi agatur de una re, uel crimine, & alia re probatur puta agitur cū ſanguine, & probatur ſine ſanguine, uel agitur de delicto facto de nocte, & probatur de die, uel agitur de inſultu cum armis, & probatur ſine armis, de eo, quo probatur, & uidetur, ꝙ poſt litem conte. ſpectet ad officium iudi.ff.de edili.edic.l.ediles §.item ſciendum, ne delicta remaneant impunita, ut l. & ita uulneratus. Et quia pęnas magis animalis ſolui ſuadet ratio.l.ſi reo.ff.de fideiuſſ. Item quia maleficiu, de quo agitur, uř duo continere.ſ.percuſſionē, item cum ſanguine, & ſic de aliis at.ff.de arbi.l.celſus & de cond.& dem. l.hæc ſcriptura, extra de do. & con. cum dilecti. ſi ergo non probatur utrunque uidetur tamen alterum ſufficere.ff.de te.cte.l.ſi quidem, & ſupra dixi.

5 † Quotiens enim in libello plura proponuntur alterum probare ſatis eſt, extra de appel.cap.ſignificauerunt.& de condi.& demon.l.ſi quis legatum. §.ſi. econtra quòd non, quia certam formam continet libellus accuſatorius ultra quam formam poteſtas iudicis non extenditur.ff. comm: diui.l.ut fundus & ſecundum compoſitionem moderanda eſt condemnatio.ff.de nego.geſt.l.pomponius la 2. & ſecundum modum agendi ferenda eſt ſententia, extra de ſymonia.ca. licet hely. certam enim formā exponit in libello, ergo de illa eſt probandum.ff.ui bo.rap.l.pretor ait.§.hęc actio.quum igitur de alia qualitate delicti ſit facta probatio quam obiectum fuerit, ſequi debet abſolutio.ff. ſi quis teſta.lib.eſſe ius fue.l.non tū & hoc eſt uerū.

6 † Quidā tñ uidentes probationes factas ultra vel preter libellū utuntur hac cautella. Nam ante ſententiam detrahunt id, de quo non eſt probatum dicentes dñe, ego detraho de materia illa uerba, cū armis uel uerba, cum ſanguine, & nolo ſuper eis procedi, ſed in reliquis, & hoc ꝓbatur per l. delictis. §. ſi detracta.ff.de nota.& inſti.de acti.§.ſi minus. nā

emendare

emendare debet uel mutare &c.ut C.de eden.l.edita actio.uidetur tamen contra, ut plene notatur in d.§.ſi minus,quia non poteſt uideri in iudicium ueniſſe,quod poſt lit.conteſta.accidit,ut ibi,poteſt tñ dici,quod ſi nõ per accuſationem, ſed per inquiſitionem proceditur,quod etiam poſtea de prędictis probatis poſſit condemnari tamen quia inquiſitio ſit ex mero officio inquirẽtis,ut l.congruit.ff.de officio preſi.& ad ſilenianũ.l.1.§.quęſtus.iudicis. n.officio expeditur inquiſitio,ſiue ad petitionem cuiuſcunq; fiat,ſiue proprio motu iudicis ut extra.de accu.cap. qualiter & quando in magna glo.quod officium eſt latiſſimum ut l.1.C.de offi.aſſes.& ff. de iuris dic. om.iu.l.1.tum ẽt propter generalia uerba,quæ ponũtur in fi.inquiſitionis.ſcilicet de principalibus & coherentibus ſiue connexis ſiue emergentibus a predictis,&c.Et uidetur ad hoc tacere,quia in uniuerſalibus iudiciis poſt lit.conte.addici poteſt ut l. 3. & l.ſequenti.ff.de peti.here.& notatur extra.de accuſatio.c.inquiſitionis,uerus & an fide,ſecus in libello
7 accuſatorio quia†poteſtas iudicis ultra probationẽ non extenditur,ut d.l.ut.fundus,quia ſecundum eius formam ſententia eſt ferenda ut prædixi, & ideo etiam in libello ciuili utile reputo apponere in fin.libelli.& prædicta peto mihi fieri omni iuris forma & cauſa,&c.Quia quum hodie in libello non ſit conſuetum apponere nomen actionis ut notatur ff. de eden.l. 1. per quemcunque modum agendi, & uiam appareat probatum de mente agentis,etiam ſi illud ius incipit competere poſt lit.conteſta.ut.l. ſi mater.§.eandem de excep.rei iud.ſufficit ad condemnationem maxime ut illa uerba aliquid operentur ut.l.ſi quando.ff.de leg.1.& C.de inoffi. teſta.
8 l.ſi quãdo.† Et hic poteſt quęri quando ſit ultima dies terminis probationis,uel comparitionis alicuius citati incidit in diem feriatum, an admittitur, in die ſequenti, quod uidetur, ff.ſi quis cauti.l. & ſi poſt

ſi poſt tres,quia uidetur in diem ſequentem eſſe dif fuſum ut eodem titulo.l.1. & tertia in fin. in illo namque die non potuit iudicis copiam hr̃e,unde re ſtituitur,ut notatur.ff.ex qui.ca.maio.l.& ſi pretorem.§.magiſtratus. econtra uidetur,quod non quia nõ eſt iuſta cauſa excuſationis ferie ſolemnis,quia potuit & debuit preuidere, ut dict.l. ſed & ſi per pretorem.§.ſi forte & ideo dilationem. C. de dilati.l.ſiue pars in fin.non obſtat.dict.l.2 §.3. in fin. quia ibi fuit caſus, qui non potuit preuideri,quod hic non fuit, immo, ut dixi, potuit prauideri & ideo ſecus ſi tamen iudex gratioſe ipſum ſequenti die admittat,uidetur ſufficere,ar.l.1.C.quomodo & quando iudex,extra de offi.deleg.c.conſuluit & hoc quãdo eſt data dilatio ad tot dies,puta ad quinque uel decem,ſi uero citatio,uel dilatio contineat tali die compareas,uel probes,ſi illa dies eſt feriata,citatio, uel dilatio eſt nulla, nec eſt neceſſe conparere,ut l.2.§.ſi.ff.ſi quis in ius uo. non ierit, extra.
9 de do.& comu.c. cum dilectus † unde dicitur quod regulariter termino elapſo,nemo auditur,ſiue agendo, ſiue excipiendo extra eodem cap. paſtoralis, ſiue in actionibus, uel accuſationibus ut, C. de accuſatio. l. ſi ea & ff. eod. l. titia,ſiue in bonorum poſſeſſione petenda, ut.C. qui admitti.l.1. ſiue in productione inſtrumenti extra qui matrimonium
10 accuſare poſſunt.cap.etiam † collige ergo,ꝙ duplex eſt iſta probatio,prima,ad eternã rei memoriam & in hoc publicantur teſtes,& copia traditur partibus quia in receptione teſtium, in quolibet actu præiudiciali pars eſt citanda l.nam ita diuus ff.de adoptio.l.de uno quoque in prin. ff.de re iudi.& l. fin. C.de auct. præſtan, & ſic recipiuntur in ea omnes teſtes indifferenter.ſcilicet tam iuuenes quã ſenes, ualent ꝑpetuo,ſiue agat qs,ſiue conueniatur,ut no
11 tat extra de teſti.c.ſignificauit. † Due enim ſemiplenæ probationes,ſeu preſumptiones cum aliis ad

miniculis

miniculis probant. ff. de excuſa. tuto. l. 2. in prin. extra de proba. cap. cum cauſam, quia quę non proſunt ſingula, inulta iuuant, ut, l. ſi cum. ff. de hered. inſt. Nota hoc, quod in notoriis ualet in duobus caſibus, ſed quando delinquitur in conſpectu iudicis in loco publico, & communi, quod eſt notorium, q a. n. ſufficit citatio, & ſnia, qn̄ in aliis uiis iudiciorum ſolennitas, uel probatio requiritur, immo ordo iuris eſt ordinem non ſeruare, extra de iu. iuran. ad. noſtram, & 2. q. 1. de manifeſta. 11. q. 1. c. eorum. extra de teſtibus. c. ſuper eo. Item quando coram ſolo iudice, ut in teſte falſo, uel uacillante coram ſe, quia tunc ſine aliqua ſolennitate poteſt iudex ex ſuo officio, & arbitrio punire, ut C. de teſti. l. nullum, & iſtis caſibus reus negare non poteſt extra de cohabitatione cle. & inuli. cap. fin. & C. quorum appel. nō̄ reci. l. 2. ſin autem in abſentia iudicis aliquod notarium eſſet cōmiſſionum, dicatur tunc reo citato, & ſi ſameturius, quia neceſſarius eſt ordo probationis, & iudiciorum ſolennitas, quia defenſio legitima reo reſeruatur. extra de rę iudi. cum inter, & de accuſa qualiter & quorū ratio quia quā uis aliis ſit notum non tamē eſt iudici notū iccirco iudiciariā uiā iudex ſequit̄ ut extra de elec. bona, a quibus ſententiis ſuper notoriis datis non appella-

12 tur, ut extra de appel. cū ſit romana. §. fi. † circa hoc ſ. circa materiā ꝓbationum diſtingue utrū per infraſcriptū ꝓbetur poſſeſſio, & uidet̄ ꝙ ſic, ut. C. de acquir. poſſeſ. l. 2. e contra uidet̄ ꝙ nō. ff. de acquir. poſ. l. prędia, circa hoc diſtingue ſecundum Iaco. de are. aut infraſcriptum facit mentionem de re tradita in cōſpectu contrahentium & tunc probatur ꝑ palleg. l. 2. & idem ſi de facili potuit eſſe in conſpectu poſſeſſionis & probatur data licentia intrandi ut d. l. prędia. No. quod quotieſcunque aliud probatur quam id in quo proceditur, quod debet ſequi abſolutio. Nota an & qn̄ deferatur iuramentū & cui & qn̄ nō

in

13 in defectum probationum.† No. hanc queſtionem ad infraſcriptarũ materiã utrũ quis poſſit ꝓbare contra id quod continetur in inſtrumento contra exhibito,ſi uult,ad quod dic quod ſic ut C. de proba.l. cum precibus.& C. de contrahen. & commit. ſtip.l. optimam.§.fi.niſi in duobus caſibus.ut C.ad ueleianum.l.antique & de non nume.pecu.l. generaliter.

14†Item pone quod quidam hęres cum beneficio inuẽtarii fuit confeſſus in inuentario inueniſſe quædam in hereditate,& poſtea dicit ſe erraſſe.& uult cõtra uenire nunquid poteſt & uidetur quod nõ per auc. contra quia ſuam C. de non numerata.pecu.& de aucto.tuto.l.fi.§.1.ſed quidam dicunt contra ut ibi habeant locum ratione minoris etatis & iudicis auctoritate.Ad hoc.C.de iu & fac.igno.l.cum falſa.

SVMMARIVM.

1 Poſitiones poſſunt fieri & inſtrumẽta produci uſq; ad concluſionem in cauſa.

2 Cautella in qualibet productione inſtrumenti uel ſcripturæ.

3 Dies & conſul eſt de ſubſtantia inſtrumenti.

4 Inſtr̃m in forma publica oĩa ſolẽnia continens non probat nec fidem facit ſi conficiens non eſt perſona publica.

5 Si producitur inſtr̃m aliquando de terra unde non cognoſcitur qui ſcrĩpſit eſt ei ſtãdum.ſi appareat in publica forma non uiciatũ in aliqua parte ſui.

6 Signum tabellionis an ſit de ſubſtantia inſtrumẽti

7 Locus ubi initus eſt contractus inſtrumento inſeri debet.

8 Tabellio in contractibus obtinet uices teſtis.

9 Inſtrumentum caſſum & cancellatum in loco ſuſpecto non ualet.

10 Falſitas eſt mutatio ueritatis,& committitur dolo adhibito,

adhibito,numero.11.

12 Contra quem committatur falſum & quaſi falſum & qualiter de falſo agatur.nu.13.

14 Faciens inſtrumentum falſum & qui eo in iudicio utitur pari pena puniuntur.

15 Inſtrumento corroſo uel uetuſtate abolito,uel conſumpto an ſit fides adhibenda.

16 Priuata ſcriptura a perſona priuata ſcripta non probat.

17 Inſtrumento ſine teſtibus non creditur.

18 Exemplo exempli decreto iudicis publico an credatur.

De productione inſtrumentorum.

AT teſtatiõibus publicatis,& copia eor recepta cõſideret aduocatus tam actoris quam rei, quid deinceps ueniat faciendum,ſi enim actor nõ probauit plenè per dicta teſtium ſuorum, uel forte reprobati ſunt teſtes ſui in perſonis uel dictis eorum ſtudeat habere inſtrumenta ad ſui iuris probationẽ, ſi aliqua habet.ipſe actor,& idem conſideret aduocatus rei. Nam ſi uiderit factam probationem contra ſe querat a reo, ſi aliqua habet inſtrumenta ad ſui iuris defenſionem, uel ad elidendum probationẽ actoris,& ipſa inſtrumenta uterque eorum producat etiam poſt decurſum termini probationis.† Nã

1 poſitiones poſſunt fieri & inſtrumenta produci uſque ad ſentẽtiam.1.uſque ad concluſionem in cauſa,extra de ſi.inſtru.cum dilectus & antequam producantur conſideret diligenter ne producat ſcripturas & inſtrumenta ſibi inuicem contradicentia, ſiue in eadem ſcriptura ſit contradictio,ſiue in diuerſis,quia tunc nulli earum fides adhibebitur, & nullam facient probationem:quia ſcriptura etiam in ſe deſolabitur.25.queſtione 2.cap.ſi ea licet non repellantur omnino omnes teſtes, quod contra ad inuicem

tem teſtificentur, ſed ſtatur diguioribus. Item eſt prouidendum, ne in inſtrumento, quod pro ſe pro ducit, ſint aliqua puncta, uel capitula, quæ faciant pro aduerſario, quia ſibi ipſi præiudicium pareret, ideo uel ab uſu abſtineat uel eã cum cautella pro-
2 ducat. † Quæ cautella eſt talis in qualibet produ-ctione, ut quicunque producit inſtrumentum, uel quãcunque ſcripturã dicat, in cauſa quam habeo cũ petro, contra eum in ea parte, in qua, & quæ pró me facit, & non aliter ſe proponere, & ꝙ ex nũc quã tum ad ea, quæ pro me non faciunt, non intelligan tur producta, ſed ab uſu eorum me abſtineo extra; eo.c.contingit, & quia natura contrariorum hæc eſt, ut cognito uno de contrariis, cognoſcatur & re-liquũ de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.l.1.in prin. deferamus obiectiones, quæ obiici poſſunt contra inſtrumentum uel ſcripturam productam, ut per hoc noſcat aduocatus ſi aliquid deeſt in inſtrumen
3 to, quod producit. † obiicitur itaque contra inſtru mentũ, ꝙ in eo non eſt dies, & conſul qui neceſſario requiruntur in auct. ut proponatur nomen impera toris in prin.23.di.c.1.extra de fi.inſtru.inter dile-
4 ctos. † Item obiice, ꝙ licet appareat inſtrumentũ in forma publica, continens oĩa ſolẽnia, nõ tñ probat, uel fidẽ nõ facit, quia conficiens nõ eſt perſona pu blica, nec habet auctoritatẽ publicã. ſcripta conficiẽ di.C.de tabel.l.generaliter.li. 10. quia tabelliona-tus officium non datur a natura, ſed confertur au ctoritate principis, uel ẽt ab uniuerſitate aliqua, & ꝙ tũc ualet in loco illius uniuerſitatis, & nõ aliter, ut l.de quibus.ff.de legi. nemo.n.habet aliquã au-ctoritatẽ, niſi habeat ab homine, nec iuriſdictionem niſi a iure, ut notatur.C. de exac.tribu.l.10. & ideo ſi hoc opponatur, debet probari a producẽte, ꝙ ſit perſona publica.ff.de proba.l.2.& l.ab ea partẽ, ſed
5 opinio eſt Azo.in apparatu in auctenticis † ꝙ ſi pro ducitur inſtrumẽtũ aliquod de terra unde nõ cogno

ſcitur qui ſcripſit,eſt ei ſtandũ, ſi appareat in publica forma nõ uiciatũ in aliqua parte ſui. C.de edi.d. Adri.tollen.l.fi.niſi qui hoc obiicit probet cõtrariũ ut.C.de proba.l.ſciãt.Itẽ uidetur hęc quæſtio expediri.C.queadmodũ teſtamẽta aperiãtur.l.2. Nec obſtat, quod quilibet poteſt hoc conficere,quia multis modis hæc ſua falſitas deconuincetur,ut eo.tit. in corpore auctenticorũ.§.ſi tamẽ quiſquã in fi. Itẽ Barbarius qui in forma liberti uenit ad urbẽ,& fuit cõſul,& ualuit,ut infra dicetur,hoc quidẽ notat, & determinat Azo.in ſumma ſua in corpora auctẽticorũ.§.ſed quid,& idem uidetur tenere ſpec. in titulo de inſtrumenti editione.§.reſtat.uer.ſed quid ſi pro
6 ducatur.Item † obiice, quod deeſt ibi ſignum tabellionis,quod quidem uidetur opponẽdũ.C. de aſſeſſo.l.ſi quod dic tamẽ, ſi tabellio in cartis ſuis conſueuit apponere ſignum,ꝙ illud debet ibi apponere aliter uidetur ſuſpectum,ut colligitur in d.l.fin.ibi quod ſoluo &c. alias non nocet, quia non facit ad ſubſtantiam eorũ que in inſtrumentis requiruntur, quia credo,quod ad bene eſſe ſic apponatur,ut euidentius fieri poſſit comparatio,ut d.l.fi. & auctẽn. de fid.iſtru.§.oportet autem coll.6. ſed ſi ab initio ponere ommiſit,nõ ideo minus ualet inſtrumẽtum, unde attendat notarius, quod ſemper eandem formam obſeruet propter comparationem,ut notatur,
7 eo.titu.§.ſi uero nullum.† Item obiice,quod in inſtrumento non eſt locus,ubi initus fuit contractus. C.de cõtrahẽ.& cõmiꝫ.ſtip.l.optimã,quia exigitur. quid.n.ſi in eo cõficiẽdo nõ habuit poteſtatẽ, unde uidetur locus neceſſarius ad ſubſtãtiã probationis.,
8 ar.eius quod notatur in l.ob carmen.§.fi.† Quia tabellio obtinet uices teſtis in contractibus ut.l.dñs. ff.de teſta.& eius auctoritas equiparatur duobus teſtibus,ut notatur extra de fi.inſtru.c.cũ Ioãnes, uerus porro.Teſtis.n.interrogatus reſpõdere habet de loco ideoque uitiatio loci eũ repellit notatur in l.

teſtium,

teſtiu m,ff.de teſti.in l.in exercendis.C.de pen. iudi.qui male iudi.& extra de teſti.cogen.c.peruenit. C.de diuer.tēp.l.ſi qua beneficia credo, ꝙ defectus loci reprobet inſtrumentum, maxime in cęteris inſtrumentis apponi ſolitū:alii dicunt non requiri lo
9 cum in inſtrumento,cum iure non caueatur.† Item obſtat quod caſſum uel cancellatum in loco ſuſpecto.C.de edic.di.Adr.tollen.l.fi.& de teſti.l.ſi unus & de tranſactio.l.ſi ex falſis extra de crimi.fal.cap. licet extra de fi.inſtrumen. inter dilectos, ſi autem ſit uitiū uel abraſio in narratione facti uel in aliis locis in quibus non conſiſtit negotii uis non nocet, ut d.iuribus & extra eo.cap. ex literis, & ibi plene notatur.Idem in eiſdem locis, ubi uis negocii non conſiſtit, ſi ſit abraſum de eadem manu ſit repoſitū ut notatur in dicto cap. ex literis obſtat ergo raſura uel comſumptio in nominibus & in dictione & in remotione appellationis ut in dicto cap. inter dilectos. Item non uidetur obſtare raſura quando litera uel principium eſt clauſum quod fit quandoque dum ſcribitur quia non eſt, quod imputetur producenti,ut d. c. licet. Item obſtat quod eſt falſum & ſalſo compoſitum & fabricatum,quia ueritas
10 contractus eſt mutata. † Nihil.n.aliud eſt falſitas quā mutatio ueritatis, ut in auct.de fide inſtr.§.ſi. unde inſtrumentum eſt falſum quum aliquid mutatur in eo cauſa cancellandi ueritatē. ff.eo. quid ſit falſum & ut materiā iſtam largius aduertamus,quęritur de quinque. Primo quid eſt falſum.Secundo quomodo committatur.Tertio contra quem cōmittatur falſum, & quaſi falſum. Quarto qualiter de falſo agatur.Quinto quę ſit eius pęna, Eſt aūt fal-
11 ſum mutatio ueritatis, ut ſupradictū eſt. † Secūdo dic ꝙ falsū cōmittitur dolo adhibito ut C.eo. l. nec. exēplo qa ſine dolo delictū nō punitur.ff.de incēdio ruina,naufragio.l.2.§.fi.n.ff.de adul.l. qritur. ff.ui.
12 bo.rap.l.2.§.ſi publicanus.† Tertio dic ꝙ falsū com

mittitur contra multa & multis modis, puta in ſcri
pturam tã in conficiendo quã in delẽdo uel mutan
do, ſeu ẽt celando, ſiue ſit teſtamentũ ſiue alia ſcri
ptura publica uel priuata. C. de fal. l. damus ſiue ẽt
corripiendo ſiue corrũpendo edictũ, ſiue edictũ præ
toris uel acta alicuius cauſæ ciuilis uel criminalis.
Item committitur falſum in dicto, puta in teſtimo-
nio & qui ob falſum teſtimoniũ prohibẽdũ pecuniã
13 recipit, uel aliter corrũpi ſe paſſus eſt. † Quarto dic
ꝙ de falſo agitur duobus modis. ſ. ciuiliter & crimi-
naliter, ut d. l. damus, & l. fi. extra de proc. tua, & dic,
ꝙ quando de falſo agitur criminaliter agitur per ac
cuſa. tunc utrique. ſ. accuſatori & accuſato incũbit
onus probandi, dic ꝙ pena falſi, & quaſi falſi in libe
ro homine eſt deportatio, & omniũ bonorũ publica
tio, & qñq; eſt pena capitis ut. C. de fal. l. 1. quãdoq;
flãmarũ aduſtio, ut. ff. eo. tit. l. 2. & dic ꝙ pari paſſu, &
faciẽs & fieri faciẽs puniũtur, & ambulãt. ff. de fal. l.
14 falsũ in prin. † Itẽ & eadẽ pena punitur & faciẽs in
ſtrumentum falſum, & qui eo in iudicio utitur. C.
eo. l. ſi quis codicillos, niſi ab uſu abſtineat ante ſẽ
tentiam, ut ibi ar. ff. quod met. cau. l. ſi cum exẽplo.
§. ſatis clemẽter, quod intellige, ſi talis ſit utens, qui
non falſificauit, alias non excuſatur abſtinendo, ut
d. l. ſi quis & de fi. inſtr. l. 2. iure autẽ canonico utẽs,
& non fabricans punitur mitius extra de crimi. fal.
c. ad falſariorũ. Itẽ dicas circa inferendam penã falſi
ꝙ ſi quis producat quoſcunque falſos teſtes ad pro-
bandum unã intentionẽ, ſiue unũ articulum, non tñ
punitur pro omnibus, niſi unica pena falſi, quia iun
ctũ eſt delictũ ad unũ quẽdã finẽ probandũ, & ideo
tanquam ex uno delicto puniendus eſt, ut l. pretor
edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniuriis, & ita notatur. ff. de
15 priuatis delic. l. nunquam eſt idem in iſtis. † Item
obſtat, quod inſtrumentum eſt corroſum, uel ue-
tuſtate abolitum, uel conſumptum, unde fides non,
eſt ei abhibenda, extra eodem cap. inter dilectos

ſed

ſed dic, quod ſi non obſtant corroſione, uel conſumptione legi poteſt, non obſtante prædictà, ut ff. de bon. poſſeſ. ſecundum tabu.l.1.§.roſe & idem ſi eſt abolitum in loco, ubi non facit dubium, ut ibi notatur, unde nihilominus ualet, & eſt cautella, ut in forma publica exempletur, ut extra eo. c.fin.ideo ſi eſt male ſcriptum, uel deletum, ut legi non poſſit, uel nihil ſignificat, pro non ſcripto habendum eſt.ff.de his quæ pro non ſciri haben.l. 2.& hoc ſi inſtrumentum eſt adeo ambiguum, uel incertum, ut intelligi non poſſit, quia donec interpretatum ſit, fidem non facit extra de iudi.c. cũ ueniſſent, & cap. licet de proba. Item obſtat, quod eſt ſcriptum in papyro, ſed non eſt ſufficiens ratio reprobationis,ſed eſt innouandum, & exemplandum, ff. de leg. 3.l. librorum. §. curias, de bo.
16 poſſeſ. ſecundum tabu. l. in princ. † Item obſtat, quod eſt priuata ſcriptura, a priuata perſona ſcripta, quę non probat. C. de probati. lege rationes & l. exemplo, niſi ſi trino teſte notata, qui potiores in pignoribus habeantur.l. ſcripturas, ſcriptura autem manu alicuius ſcripta probat contra ſe ipſum,ut ff.de iur.iuran. l. ſi quis iuſiurandum, & lege generaliter de non numerata pecunia, & auct. quia propria uoluntatis in quo teſtator aliquid alicui ſe debere aſſeruit & dic, quod propriè ſcripturæ ſtatur contra ſe, ſed non pro ſe, ut d. legibus no-
17 tatur. † Item obiice, quod inſtrumentum eſt ſine teſtibus, unde ſoli ſcripturæ relationi non ſtatur, & non creditur in auct.de hære.& falci.in §. ſi uero abſint ubi notatur, & de fin.inſtr.§. ſed ſi inſtrumẽta ar. contra. Codice de dona. l. in donationibus, ſed dic ut ibi, ſed quid ſi in ea eſt ſubſcriptio unius teſtis tantũ an ſufficiat,& uidetur ꝙ ſic quia tabellio obtinet uices unius teſtis,igitur ſunt duo & ſic ſufficit.l. ubi numerus. ff. de teſti. ſed certe ad minus duo ſiue notario exigũtur,ut dicitur & notatur

in d.§.ſed ſi inſtrumenta.Item obiice,quod eſt exẽplum ſine copia,quæ non eſt auctoritate iudicis cõfirmata,uel publicata C.de edendo.l.ſi quis & dicto
18 c.inter dilectos.† Sed nunquid exemplo exempli, decreto iudicis publico credatur,& uidetur quod ſic quia per publicationem eandem formam & auctoritatem recipit,ſicut ipſum originale ut ibi & C.de teſta.l.publicati extra de fi.iſtr.c.fi. ſed non uideo, quare non ſit eadem ratio in utroque. Itẽ obiice ꝙ nondum uenit dies uel conditio in inſtrõ appoſità, uel plus petitur quã debeatur & ideo repellẽdus eſt agens qa q ante diẽ agit,male agit.ff.de uerb. ſig.l. credere diẽ & inſt.& de actio §.fin.quis agens unde duplicãtur induciæ ut ib.Sunt & alia quę poſſunt obiici inſtrumẽtis q̃ gratia breuitatis omitto ſed recurre ad copioſum titulum de inſtru.edic in ſpec.

SVMMARIVM.

1 Vltima uoluntas in quibus conſiſtat.
2 Excommunicatus an poſſit teſtari,& qd de uſurario manifeſto nu.3.
4 Differentia inter teſtamenta & codicillos.
5 Sine additione teſtamentum non ualet.
6 Codicilli depẽdẽt a teſtm̃o & uires capiunt ab eo.
7 Inſtr̃a de nouo reperta ꝙ poſſit produci poſt concluſum in cauſa etiam peremptorio emanato.
8 Lex facta a p̃toribus ꝙ qlibet ſoluat collectã infra decẽ dies ſub pęna quãti plurimi,ſm formã ſtatuti,ſi nõ reperiatur ſtatutũ,quod tamen.lex ualet.
9 Actor qui in prima dilatione fecit quicquid potuit in faciendo citari duos teſtes qui uenerunt ꝙ habebit eam dilationẽ ſolũ ad ꝓducẽdos illos duos.
10 Inſtrumenta publica quę dicantur.

Sequitur materia ultimę uoluntatis.

QVia uero ad ꝓbationẽ intentionis actoris, roducitur in iudicio ultima uolũtas,ideo de materia ultimę uolũtatis aliqua referamus.Et primo i qbus

uolun-

uoluntas conſiſtat. Secũdo quot sũt pſonę, q̃ ultimã uoluntatem ꝑhibentur condere. Tertio in quibus teſtm̃ differat a codicillo. Quarto de executione
1 ultimarum uoluntatum. †Et quidem ultima uolun tas defunctorum conſiſtit in teſtamentis, aut in codicillis, aut in donatiõibus cauſa mortis aut ẽt ſcripturã, puta uerbis expreſſis, uel nutu corã aliquibus teſtib⁹ ut. C. & ff. de teſta. & de codi. p tot. ſed qñ coram teſtibus ſine ſcriptura quis teſtatur forte metu uel alia probabili cauſa ut dicta teſtium reducãtur i ſcriptis faciat quo facto ſi teſtes ſunt cõteſtes, habebunt uim teſtamenti, & faciunt plerunque probationem, ut extra de teſti, ſignificauit: teſtamentum autem fit quandoque in ſcriptis, quandoque ſine, quandoq; nũcupatiuũ dicitur a nuncupando. i. uoces teſtiũ exprimens. C. de teſta. l. hac conſultiſſima in prin. §. per nuncupationem, & quot, & quibus uerbis fiat teſtamentum, dicitur. ff. eo. l. 2. §. fin. perſonę aũt, quę nõ poſſunt ultimã uoluntatẽ cõficere ſunt tredecim quę numerantur inſti. qui non eſt per
2 miſ. fac. teſta. §. 1. ff. de teſta. † Sed an excommunicatus poſſit teſtari dixi Hoſt. quod non, ut ipſe notat extra de excep. pia, ſed Inno. contra, ut ipſe notat extra de ſen. excõ. c. cũ uoluntate in glo. notabili in uerb. uolunt elemoſinas in fi. quę opinio uidetur uerior, & probatur per archid. in d. cap. pia.
3 † Sed quid de uſurario manifeſto, dic quod non ualet eius teſtamentũ, niſi de uſuris ſatisfaciat, aut de ſatisfaciendo cautionẽ exponat ſecundũ formã capituli quamquã de uſu. lib. 7. & notat archidi. in d.
4 c. pia. † Differunt autem teſtamenta a codicillis, quia in teſtamentis exigitur heredis inſtitutio, & ſeptẽ teſtes regulariter, ut d. l. hac cõſultiſſima & de codicil. l. fi. ſed fallit in teſtamento ceci ubi exiguntur octo. C. qui teſta. fa. poſ. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. Item in teſtamento iure facto ubi ſufficiunt quinq; teſtes. C. eo. l. fi. in codicillis uero

qnq; ſufficiũt ut C.de codici.l.fi.Itẽ teſtm̃ ſi non ſit codicillum rumpitur agnatione poſthum.C.de iure codicil.l.ab inteſtato, nõ autem rumpitur agnatione ſui hæredis.ut ff.eo.l.ſi quis el.2.ſecus in teſtamentis,ut ibi,& uel.poſthumorum. ff.de iniuſt.te-
5 ſtamen.† Item ſine additione teſtamentum non ualet.ff.eo.l.1. C.de fideicommiſ.l.eam quam, ſed in codicilis non requiritur additio,quia nullo iure ca-
6 uetur.Item codicilli ſiue procedant , ſiue ſequantur teſtamentum , dependent ab eo , & uires capiunt ab eo , ut , ff. de iu.codi. l.tertia §. fin. & l.quidam referunt,& l.ab inteſtato nõ econtra,quia principale trahit ad ſe acceſſorium,& non econtra, ut eo.titulo.l.quod per manus. Item relinquuntur in eis legitima & fideicommiſſaria, quę hodie executę ſunt,ut ff.de lega.1.l.1.Pro quibus tres dantur actiones ſcilicet rei uendicatio,ad rem legatam, & actio ex teſtamento contra hæredes.Item hypothecaria ad alias res teſtatoris, in l.1.& 2. C. commu. de lega.ſed ſecundum rei ueritatem ab habita hæreditate, ut ff.de fur.l.a ticio,dę lega.1.l.ſi tibi.§.cum ſeruus,& de lega.2.l.mortuo in princi. & ſic ualet legatum rei meę alteri obligatæ, ſeu pignoratę, ita ut ualeam habere regreſſum contra hæredem , ut caueat ipſam luere , & mihi reſtituere , ut dicta l.ſi tibi, ſed hæreditate nunquam tranſit, niſi cum apprehenſa fuerit, quia quum ſit facti, facto opus eſt , l. cum heredes, ff. de acquir. poſſeſ. uel aliud in ſuo , forte notatur in l. in ſui de lib.
7 & poſthu.† Nota quod licet ſit in cauſa concluſum, & iudex manifeſtauerit partibus quia ſententiam ferre debet,licet fecerit partes citari ad ſententiam audiẽdam,quod poſſunt produci inſtrumenta de nouo reperta cauſa ſecundum lecturam Dyni in l. ad monendi. ff.de iu.iur.& ibi recitat Bar. ſed ſi non eſſent reperta de nouo , non poſſunt produci,niſi uſquam ad concluſionem in cauſa,extra de fi.inſtru.

cap.

cap.cum dilectus,uel uſque ad terminum ſtatutum ad hoc, ut ibi patet, quod notatur per doc.in,cap. indultum extra de reg.iu.li.6,& per doc.in l.iudices &in auc.iubemus.C.de iudi.& per Io.Andr. in cle.
8 ſæpe de uerb.ſigni. † Item inducit Bar.l.admonendi preallegatam ad queſtionem talem, prætores fecerunt legem, quod quilibet ſoluat collectas infra decem dies ad penam quanti plurimi ſecundum formam ſtatutorum ſed de hoc nullum reperitur ſtatutum, an iſta lex habeat effectum hic uidetur caſus quod ſic,pro hoc dicit ip ſe uidetur caſus.ff.de conſti.pecu. l. cum qui. §.iulianus, & ibi notatur per
9 eum in lectura ſua. † Item inducit idem Bar.præallegatam. l. admonendi ad hanc queſtionem, actor in prima dilatione fecit citari duos teſtes, & quia non ueniebant, fecit eos grauari,denique fecit quicquid potuit in 1.dilatione, ſcitis quod ſibi debet dari ſecunda dilatio. l.fin.ff.de feri.tamen iſta ſecunda dilatio non dabitur ſimpliciter ad probandum,ſed ad producendum illos duos teſtes in quibus fuit diligens, & ſolicitus in prima, nam admittitur probatio illa ſola in qua ceſſauit negligentia,ita in queſtione propoſita dicebat Iac.bu, quod placet Bar.No.iuramentum poſſe reprobari repertura nouorum inſtrumentorum. cap. paſtoralis extra de excep. Bar.in præallega.l. admonendi Nota quod approbatio teſtium tantum uel comparatio literarum tantum non facit plenam probationem ſed ſemiplenam, ut in auc.de inſtru.c auti. & fid. §. generaliter, & ſecundum ea, que notantur C.de fid.inſtrumen.auten.& ſi contractus,ita et tenet Barto.in præallega.l.admonendi,& hæc dicit ipſa uera eſſe de iure nouo,de iure autem ueteri comparationi literarum dabatur plena fides,& comparatio ipſa plenam fidem faciebat,ut l.comparationes
10 C.de fid.inſtrumen.† No.quæ uocatur publica inſtrumenta ſecundum d.Abba. in inſtrumēta priuata

uocantur

uocantur illa, quę notantur in ſecreto, a quibuſdam nuncupatur ſcripta illa, q̃ ſine mandato contrahentium ſcripta eſt, dummodo ipſorum contrahétiũ habeat ſubſcriptionem, ꝙ ita publicę ſcripta accipiũtur, ſi perſonalis actio moueatur, alias hypothecaria niſi ſubſcriptione triũ teſtiũ bonę atq; integræ opinionis, ſi habet ualet, ac ſi eſſet publicũ inſtrũ, ut C. fid. inſtrumen. l. fi. & qui potio in pigno. habe. l. ſcripturas. Nouo aũt iure ſi quis deponit, aut mutuat, aut aliter contrahit, & contentus eſt ſola ſcriptura eius, cum quo contraxit, ſciat eã ſolã nõ ſufficere ꝓbationem, niſi habeat preſentiã triũ teſtiũ honeſtorũ, & fide dignorũ, ut in auc. de fid. inſtru. §. ſi uero, uerus ſed & ſi coll. 7. interdum autem nullam uim habet priuatã ſcriptura, ut ff. de proba. l. ultima.

SVMMARIVM

1 Cauſæ concluſio eſt renunciare iuribus inducendis, & qualiter fiat nu. 2.

3 Iudex qui cauſam conſulẽdo commiſit an poſſit cõmiſſionem reuocare & ipſe renunciare.

De cauſę concluſione.

POſt allegationes in cauſa factas, & cauſã plene inſtructã per probationẽ inductã, & allegationes partium ac etiam poſtquã partiũ aſſertione iura ſunt pãdita & tradita iudici cauſę, ne in cauſa amplius ꝓcedatur, ſed finẽ accipiat, debet in cauſa con-
1 cludi † Cauſę aũt concluſio eſt renunciare iuribus inducẽdis, ut in aucten. de teſtibus. §. qa uero, & facta, non reſtat aliud, niſi ut calculus imponatur ſen-
2 tentia. † Fit autem concluſio hoc modo, nam iudex interrogabit partes, ſi uolunt aliqd ꝓducere, dicere uel ꝓponere & ſi forte aliqua partiũ ꝑ qua facit, ut ſentẽtia nõ feratur, dixerit aliqd habere, ꝙ ꝓponere uelit,

uelit,iudex aſſignet terminum certum ad omnem maliciam conuincendam ad proponendum,& inducendum quicquid uolunt, ac peremptoriè, ut in auctē.ut quum de appellatione cognoſcatur, §. 1. quæ eſt C.de iudi.auct.iubemus,& licet ibi plures dentur dilationes, tamen hoc eſt ad bene eſſe, non neceſſario, quia dilationes ſunt arbitrariæ. C. de dilatio.l.ſiue pars & extra eodem cap.præterea. Termino igitur tranſacto iudex faciat in cauſa concludi, ſcilicet ut partes dicant. Nos uolumus in cauſa concludere,, & ſic in cauſa concludimus, & tunc iudex pronunciet,ut d. partes habeant pro concluſo in cauſa. Hoc colligitur in auctẽn.ut teſtib. §. quia nulli, & tunc non reſtat, niſi ut iudex diffinitiuam probet ſententiam, ut colligitur ex dicta auct.iubemus,& dicto §.1.& ex tunc ſententiam proferat ſuam. Veruntamen ſi iudex dubitat, aut partes hoc poſtulant, aut quia iudex ſecundum allegata & probata proferre ſententiam habet remorſum conſcientiæ, ut quia aliud habet in conſcientia,quam probetur ex actis, cauſam ſic inſtructam ad ſuperiorem referat,aut alicui ſapienti partibus non ſuſpecto committat,ut C. de relatio.per tot. & ff. de appellatio. l.prima §. primo,& extra de offic.ordi.c.1.& ibi plenè notatur,& ff. de iuriſdict.om.iudic.l.prætor,& habito conſilio, & eo partibus præſentibus aperto pronunciet interloquendo ſecundum formam conſilii, & demum ſententiam diffinitiuam ſecundum conſilium proferat,& ſi datum conſilium aures eius offendat, & cõtra ſuam conſcientiam ſit probatum, delegare poteſt cauſam alteri,ut ſecundum illud conſilium diffinitiuè pronunciet,ut notatur in d.ca.1. Aduocatus autem partis,quæ uictoriam expectat curet,ut ante prolationem ſententiæ citetur aduerſarius ad ſententiam audiendam, & fiat citatio cum additione peremptorii, alias non ualet ſententia

in

in abſentem.C.quomodo & quando iudi.l.conſentaneum.ff.de appellatio. l. cum expreſſum. §.item cum ex edicto.Si igitur pars citata compareat legitimè,ſententia feratur,ſin autem contumax fuerit expectetur uſque in horam citationis, & ſi tunc etiam non compareat,ſtatim poſtea legatur ſententia,& ualebit,licet poſt horam citationis,ut plenè notatur inſti.de uerb.obligatio.§.ſi in diem.

3 Cum quæritur, utrum iudex, qui cauſam conſulendo commiſit, poſſit commiſſionem reuocare, & ipſe pronunciare dic,quòd ſic,ſed utrum acta, pendente commiſſione ualebunt,& certè ſic,nec poterunt dici nulla. Sed utrum in reuocatione huius commiſſionis requiratur conſenſus partium, uidetur quod ſic,ut l.imperatorem,ff.de appella. Bartol. dicit iu. ad principem,ff. eod.dicens contra, puto quod requiratur conſenſus partium in ipſa reuocatione, quia hæc eſt quædam interlocutoria.ff.de re iudi.l. quod dixit.Item contradicit Barto.in l.1.ff.nil nouari appellatione pen. utrum ſi cauſa eſt commiſſa conſulenda an ualeat, dic quod ſic, ſed reuocatur per appellationem.C.de relatio.l. fin. ſed ſi fecerit uoluntariè, ſecus puto, quia quum iudex non teneatur ſtare conſilio, ergo nec expectare, ſecus tamen quando ex neceſſitate, & ſecundum formam ſtatuti tenetur committere.

SVMMARIVM.

1 Sententia quibus modis dicatur nulla.
2 Libellus de conſenſu partium non poteſt omitti uel remitti.
3 Sententia diffinitiua non lata in ſcriptis eſt nulla.
4 Contra non citatum nulla eſt ſententia.
5 Sententiam proferens debet ſedere pro tribunali.

De

De prolatione ſententiæ.

PRæmiſſum ordinem proſequendo poſt ſingulos actus cauſarum,ſcilicet actitatis omnibus debitè recenſitis,& demonſtratis,eſt ad prolationē ſententię diffinitiuè procedēdum. Iudex igitur qui ſententiam laturus eſt, tota cauſa & actitatis ſingulis recenſitis,ut dixi ſupra proximè diffinitiuam ſecundum leges,non ut ſibi uidetur proferat,in auct. de iudi.§.omnis autem coll. 6. quæ facta ſolennitate uallata,ut non poſſit ex cauſa aliqua dici nulla,te
1 nebit.† Dicitur enim ſententia nulla multis modis,& multis de cauſis,ut puta ſi in ea deſunt ſubſtantialia quæ ponuntur, ut notantur in l. prolatam.de ſubſtantialibus autem iudicii,eſt litis conteſtatio,qua ommiſſa,non poteſt ſententia diffinitiua proferri,in auc.de exhib.reis §.ſi uero, & notatur extra de elec.c.dudum, & de libelli oblatione,
2 c.1.in glo.nota quòd, &c. † Item ſecundum canones eſt nulla,ſi non ſit oblatus libellus,quia etiam de conſenſu partium non poteſt ommitti, uel remitti,quum ſit de ſubſtantialibus ordinis iudiciarii,ut extra de offi.iudi.dele.c.de cauſis,& de libelli obla.c.1.& idem ſi ipſa ſubſtantialia ſubmittantur d.l.prolatam, & ibi gloſſ. quę autem ſubſtantialia ſint iudiciorum ſiue cauſarum,dixi ſupra uſque ibi ſententiæ prolatio,& traditur in c.quoniam contra falſam, dummodo ſcias,quòd ex prædictis partibus cauſarum quędam ſunt, ſine quibus ſententia poteſt ualere, ut puta, ſi tacitè ſit ommiſſum calumnię iuramentum,item termini aſſignatio,allegatio,concluſio ſi ommittatur poteſt ualere ſententia, ad ea quæ dixi ſupra de aſſignatione termini
3 in principio.† Item nulla eſt ſententia diffinitiua, ſi non ſit lata in ſcriptis C.de ſent.l.fin.item ſi non ſit lata ore iudicis C.de ſenten. l.1.2. & 3. & extra de conſuetu.ad noſtram.Item ſi condemnationem,

uel abſolutionem non continet C.de ſen. & inter-lo.omn.iudi.l.præſes. Item ſi non de toto, ſed de parte pronunciauit,& de reliquo tacuit ff. de arbi. l.quod tamen C.ſi aduerſus rem iudic. §.curare. ff. re iudic.l.in ſumma,§.1.& C.de ſent.& interlo.l.1. Item ſi ex falſis inſtrumentis, uel teſtibus ſententia ſit prolata C. ſi ex fal. inſtrumen.l.1.& per tot. & extra de crimi.fal.c.2. Item ſi citatio peremptoriæ ad ſententiam non præceſſit l.ſi expreſſim §. ſi ex edicto,& C.quomodo & quando iudex l.conſentaneum.Item ſi nulla præceſſit citatio. † Quia contra non citatum nulla eſt ſententia,ut extra de maio.& obe.inter quatuor,& C.de accuſat. l. 4. & C. quomodo & quando iudex l. ea. Item quòd non fuit iudex competens C.ſi a non competenti iudice per totum,extra de iudi.c.ad probandum, & de excep.c.pia.l.6.& per tot.& c.pen.extra de ſenten. & re iudi.† Item ſi ſententiam proferens non ſedit pro tribunali,ut notatur C.de ſen.experi.reci. l. 1. & 2.ff.de in integ.reſt.l.omnes,& C.de dila.l.a procedente cum aliis ſimilibus,& legibus ibi allegat. Item ſi in loco non iuridico uel non conſueto. ff. de arbi.l.ſi cum dies §.ſi in aliquam. Item ſi ſententia non ſit conformis libello l.ut fundus, communi diuidundo,extra de accuſa.qualiter & quando.Itē ſi non eſt lata ſententia in die, uel hora citationis ſed poſt,ut l.cum non eo die.C.quando prouo. non eſt neceſſ.Item eſt nulla, ſi exceſſit quantitatem iuriſdictionis ſuæ,ut l.ſi idem. C. de iuriſdict. om.iud.& C.de pen.iudi.per tot.& quando prouo. non eſt neceſſ.l.circa. Item ſi ſit lata ſententia die feriata ſolemni. C.de fer.l.omnes,& l.dies,& idem de aliis feriis meſſium,uel uindemiarum, ſi lata ſit parte abſente, uel reclamante. ff.de fer.l.1. Item ſi lata ſit contra minorem indefenſum. l.cum & minores.C. ſi aduer.rem iudi.Item ſi ſit lata ab aliquo iudice layco in aliqua eccleſia, ut extra de

4 (margin, beside "taneum")

5 (margin, beside "& re iudi.")

immuni.

immuni.eccle.cap.decet.l.6. Item ſi non ſit lata in ſcriptis C.de ſen.ex periculo reci.l.1,& 2. Item eſt nulla,ſi eſt lata contra iam mortuum. ff. quæ ſententię ſine appel.reſcin.l.paulus,de iudi. l. de qua re & de re iudi.l.in ſumma.§.fi.& nil noua. appel. pend.per tot.ar.contra extra de appell.ca. non ſolum lib. 6.ubi dicitur, quod iudex a quo appellatur, ante inhibitionem poteſt eſſe qui ſuam ſententiam,a qua eſt appellatum ſed dic, quòd ibi nō erat nota appellatio,uel ius notum. Item eſt nulla,ſi non palam,ſed ſecreto,uel in camera proferatur C.de ſenten.l.cum ſententiam. Prudens ergo iudex ſtudeat ita proferre ſententiam ſuam, ut ali quo prædictorum caſuum nō poſſit ſententia ſuā retractari,de qua quidem nullitate, non ſolum infra decem dies,& infra etiam biennium, ſed perpe. retractari poteſt uſque ad triginta annōs C.de fal. l.ſicut in excipiendo.

SVMMARIVM.

1 Sententiæ tenor qualiter debeat ſcribi.

2 Iudex an teneatur ponere in ſententia, quare condemnat uel abſoluit.

3 Iudex ſi pręcepit ueio uel ſeio ne de poſſeſſione cu iuſdam fundi ſe intromitterent hinc ad rationem cognitam ſub certa pœna nulla facta litis conteſtatione & nullo porrecto libello,nullis factis poſitionibus ad productionem teſtium fuiſſe proceſſum in cauſa per utranque partem, an ualeat quòd factum eſt,& ſuper quo debeat iudex ferē ſententiam.

4 Partium conſenſus nunquid poſſit ualidare ſenten tiam nullam.

5 A ſententia lata per iudicem incompetentem fru ſtra appellatur.

6 Si iudex pronunciauit quem uiolentiam commiſiſſe poterit poſtea declarare, utrum intellexerit de uiolenta publica uel priuata.
7 An confeſſus appellet.
8 Iudex eccleſiaſticus an ſe intromittat de iuriſdatio tione ſeculari.

Forma ſententiæ.

TVtor † autem ſententiæ ita ſcribi poteſt, in nomine domini amen. Nos Antonius iudex, cognitor litis uertentis inter p. actorem & I. conuẽtum, uel ſic inter p. actorem, &c. ot ta materia quæſtionis ſuper infraſcripta petitione, & libello, cuius tenor talis eſt, coram uobis, & ſic totus tenor deſcribatur, lite itaque ſuper ipſo libello legitimè conteſtata coram uobis, & ab ipſis partibus de calumnia & ueritate dicenda præſtito iuramento, factiſque poſitionibus, & ad eas reſponſionibus ſuſceptis, & articulis, & teſtibus & inſtrumentis productis, & atteſtationibus publicatis. Nos diligenter inſpectis, & examinatis probationibus, iuribus & allegationibus partium & omnibus meritis cauſæ inueſtigatis, & plenius recenſitis, & in conſcientiæ laude diſcuſſis, deliberatione quoque nobiſcum, & cum peritis habita diligenti ut extra de re iudi.ca. ad Apoſtolicam, dei nomine repetito præfatum &c. & procuratorem, ſi quem habet, in petitione dicti q. & in quantitate & in expenſis per eum ſoluendis omni modo, uia iure, & forma, quibus melius
2 poſſumus condemnamus. † Quero igitur ex prędictis, an iudex teneatur ponere in ſententia, quare condemnat, uel abſoluit, dic quòd non, quia ſufficit ſatis, ſi dicit condemno uel abſoluo. ff. de re iud. l. in ſumma, ſed ſi iudex uult poteſt apponere. ff. de ſuſpec. tuto. l. hoc enim & de demon. l. hoc iure & l. ſe. niſi in caſu, quando iudex abſoluit ab inſtantia iudicii

iudicii propter tranſitum triẽnii,ut C.de iudi.l.pro perandum. §. illo procul dubio, & extra de ſen. & re iudi. cap. ſicut nobis, & quando ab inepta petitione abſoluit, quia ſi agat poſtea uera, & competenti actione, non obſtat exceptio rei iudicatę,ſi contra eum proponatur. ff. de edic.l.more.§.
3 1.& de pig.uel grege.§. pe. † Item quod de facto iudex præcepit uero & ſcio, ne de poſſeſſione cuiuſdam fundi ſe intromitterent, hinc ad rationem cognitam ſub certa pena nulla facta litis conteſtatione, & nullo porrecto libello, nullis factis poſitionibus, ad productionem teſtium fuiſſe proceſſum in cauſa per utranque partem, quæritur modo an ualeat quod factum eſt, & ſuper quo iudex debeat ferre ſententiam, & quod proceſſus teneat uidetur ff.de offi.prę́ſi.l.illicitas.§.ueritas, & ff. de uſu. l. ſi cuius.§.alii. Alii contra per auctẽ.offeratur.C. de lit. conteſta.& C.de ſen. & interlo.om.iudi.l. prolatam. Ad quod poteſt dici, ꝙ ſi ſimpliciter implores iudicis officium, quod tunc teneat, de agrico. & cenſitis.l.ſi colonus. lib.10.ſed ſi ſecundum iuris ordinem procedere uult, non ualet, & ita dicit Iaco. Bel.pronunciatum fuiſſe inter marchiones Eſtẽ
4 ſes, & comitem de Panicho. † Cum quęritur nunquid partium conſenſus poſſit ualidare ſententiam nullam, dic quod non, ut ualeat, ut ſententia, ſed ut pactum ſic, ut l. 2. C. communia utriuſque iudicis, ita not. Bart. ff. de appellatio. l. expreſſim in lectura ſua in uerb. ſecundo quæro. Pone quod iudex condemnauit reum in expenſis,reſeruata ſibi taxatione,nec dicit ſucceſſoribus ſuis:quæ
5 ritur,utrũ ſucceſſor poterit taxare.†Cum quæritur utrum a ſententia lata per iudicem in competentẽ fruſtra appelletur,dic ꝙ ſic,etiã merito,ſi pur.appellatur,debet pronũciari per iudicẽ appellationis fruſtratorię appellatũ fuiſſe,quia ſentẽtia nõ tenebat, hanc praticã ponit Bart.in.l.ex cõſenſu.§. cũ procu

6 rator.ff.de appel.† Pone, quod iudex pronuntiauit quē uiolentiam commiſiſſe,& non dicit publice,uel priuate, nunquid poterit declarare,de qua ſenſerit, certe dicit Barto.in l.ad executorem, ff. de appella. quòd ſic, ad hoc allegat, l. ſi præſes, ff. de pen. Item ſubdit ibi, quod ſi iudex condemnauit quem in centum, & non dixit, de qua pecunia, quamuis dicat ipſe, quòd intelligitur de minori.ff. de legat.3.l.minimus, & tandem iudex poterit declarare,de qua intellexit,ſeu ſenſerit ac interprætari, & idē dixit ſi iudex condēnauit Ticiū filiū Lucii & reperiantur duo Ticii,quod poterit declarare, de quo ſenſerit, not. quod contra quemquā ferre non poſſum ſententiam, niſi primo aut conuictum aut ſpōte confeſſum.2.quæſt.1.nos in quemquam. Quæ autem confeſſio præiudicet habetur, ff. de confeſ. l.3.§.unde rem.3 1.queſtio. 2. lauarchus ſciens, C. de iur. & fac. igno.l.error & ff. de interroga. actio. l.confeſſio fauore.ff.ad l. acqui. l. ueratius, §. fin. 32. queſtio. 1. cap. ſolet queri, & plene notatur
7 extra de confeſſ.cap. ultimo. † Cum quæritur, an confeſſus appellet dic quod ſic ut notat Accur.ff.de appellatio.l. fin. ibi dum dicit auxilium &c. Iacob. Butric. dicit quod non quia nunquā eſt quod quis ſua uoce teſtatus eſt infirmet. C. de non numera. pecunia l. generaliter, ſed dic, quod ſic ſi allegat ſe erraſſe quod poteſt & tangitur hæc materia. C.
8 quando prono.non eſt neceſſ.l.2.† Nota quod iudex eccleſiaſticus ſe intromittit de iuriſdictione ſeculari quod dic ut notatur extra de fo.com. cap.licet in glo. ergo caſus & in auc. ut differentes. §. ſi uero contingit col. 9.

SVMMARIVM.

1 Tempus appellationis quando incipit currere.
2 Appellationis ommiſſio purgat turpitudinē ſētētiæ.

Indultum

3 Indultum a iure beneficium nemini eſt auferendũ.
4 Appellatio in quibus cauſis ſit prohibita.
5 Verus contumax tripliciter dicitur.
6 Contumax excommunicatus auditur.
7 Debet quis ad maius tribunal appellare.
8 Quid ſit officium iudicis a quo appellatur.
9 Appellatione pendente nihil eſt innouandum.
10 Quando habeat iudex inhibere proceſſum & executionem.
11 Iudex appellationis non debet aliquid incipere nec iudex inferior debet propterea executionem retardare quouſque conſtet quòd ſit ad eum deuoluta iuriſdictio.
12 A ſententia arbitri non appellatur.
13 Quę partes ſint iudicis in deſertione appellationis
14 Triplex eſt tempus exercendæ appellationis.
15 Quis iudex primus an ſecundus exequatur ſententiam, & ex cuius ſententia oriatur actio.
16 Forma appellationis, & quomodo in cauſa appellationis pronuncietur, & de formis libellorum in cauſa appel. nu. 17. 20.
17 Forma appellationis ab interlocutoria uel grauamine.
18 Proponens contraria non auditur.
19 Cauſę appellationis nullitatis non ſunt tractandæ coram eodem iudice.
21 Abſenti cauſa reipublicę uel minoris uel eccleſię ſi eſt elapſum tempus proſequendæ appellationis, & petitur in integrum reſtitui apud quem debet fieri reſtitutio.
22 A ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis redditum de uoluntate partium an appelletur.
23. Quãto tẽpore duret facultas appellãdi uiua uoce.
24 Qui dicit appello uidetur dicere ſententiã nullã.
25 Sẽtẽtiã a quo extitit appellatũ & per iudicẽ appellationis cõfirmatum, quis executioni mandabit.
26 Die feriata an poſſit appellari.

27 An teneat ſententia altero ex litigãtibus mortuo.
28 Vtile per inutile non uiciatur.
29 Si procurator eſt condemnatus & appellat an debeat appellare proprio nomine an procuratorio nomine domini.
30 Si electio uel conformatio eſt inualida appellatio non eſt neceſſaria.
31 Aduerſarii nomen an in electione poni debeat.
32 Forma libelli appellatorii qui datur iudici ad quẽ.
33 Sententia per appellationem extinguitur, non tamen irreuocabiliter.
34 Iudex a cuius interlocutoria eſt appellatum ſi appellationi non detulit, non habet ipſum in proceſſu de cætero citare, & eſt nunc uerus contumax. Intelligit uerum ſi iudex dedit appellanti apoſtolos.
35 Lis an debeat conteſtari in cauſa appellationis ab interlocutoria, quod ſic, quando pars eſt præſens.
36 Pratica impugnandi & iuſtificandi appellationem ab interlocutoria, ubi quod ex primis aliis impugnari & iuſtificari debet & qualiter hoc intelligatur.
37 Sententia in cauſa appellationis ab interlocutoria quæ profertur inſcriptis.

De prouocationibus & appellationibus.

QVoniam pronunciatum. i. ſententiæ, de qua dictum eſt ſupra extinguitur appellationis remedio, interim damnatus pro non damnato habetur, ut ff. ad turpilianum. l. prima in fin. ubi dicitur, quod facti quæſtio eſt arbitrio iudicantis. ſciendum eſt autem, quod a iure conceſſa ſunt plura remedia litigantibus, nam in principio permiſſa eſt recuſatio. C. de iudi. lege apertiſſimi extra de appellatione legitima lib. 6. de iud. auc. ſi quando in

in fine uero litis competit ultimum remedium appellandi, ut de appellationibus per totum de materia appellationis tractandum; & uidendum eſt primo de tempore appellandi, & quando incipiat currere, ſecundo in quibus cauſis eſt prohibitum appellare. Tertio quid ſit iudicis officium, a quo appellatur. Quarto quando habeat iudex ad quē inhibere proceſſum & executionem. Quinto quæ partes ſunt iudicis in deſertione appellationis. Sexto quis iudex primus, an ſecundus exequatur ſententiam, & ex cuius ſententia oriatur actio. Septimo de forma appellationis, & quomodo in cauſa appella. pronuncietur, & de formis libello-
1 rum in cauſis appellationum. † Primo dicendum eſt, quod tempus appellationis ſecundum antiqua tempora erat biduum in propria cauſa, in aliena triduum. ff. quando appellandum ſit lege prima. §. biduum hodie uero in qualibet cauſa eſt tempus decem dierum ut in auc. de appellationibus. §. 1. & in auct. hodie. C. de appellatio. & ut lit. penden. l. fin. eſt aliud tempus, quod datur ad proteſtandum iudici, qui noluit appellationem recipere, quod tempus eſt ſimpliciter decem dierum. l. 2. §. fi. C. de his qui per met. iud. non appell. Prędictum autem tempus decem dierum incipit currere a die ſcientiæ, non ante currit, licet quantum ad ſui progreſſum ſit continuum, ut notatur de diuerſis & temporalibus pręſcriptionibus ſuper Rubrica, ſed quando incipit currere, quum ſemper præſumatur ignorantia, & ſic ſemper uictus dicet ignoraſſe, ut l. uerius de probatio. dic præſumendū eſſe quod nō quando, uel quia ipſe, uel eius procurator pręſens fuit ſententiæ, uel fuit in ciuitate illa, uel prouincia, ubi lata fuit ſentētia, ut extra de poſtul. prelatorū. c. ad hæc. nō. n. fertur ſentētia in camera, ſed palā, ut dixi ſupra titu. proximo uerſiculo itē & nulla ſi non palam, &c. Si igitur ſciens infra de-

cem dies non appellat, remanet ſententia lata.

2 † Quia appellationis omiſſio purgat turpitudinem ſententiæ, ut notatur extra de offic. delega. c. paſtoralis, in magna glo. & ideo executioni mandabitur, etiam ſi iniuſta ſit, ut ibi, & C. ut lit. pen. l. qui licitam, quia lapſus termini tacitam renunciationem inducit, niſi per ætatem ad appellandum reſtituatur. ff. de mino. per tot. & dic, quia hoc tempus appellandi eſt de momento ad momentum, ut quando appellandum ſit. l. 1. notatur per Abb. in c. pia. de excep. Nec poteſt iudex hoc tempus reſtitutionis in integrum conceſſum minuere uel abbreuiare. C. de in integ. reſti. l. fi. & extra de appellationibus c. cum ſit ratio & idem ſm Dynum in omni dilatione quæ datur ſine miniſterio iudicantis, ut

3 ipſæ notat. ff. de re iudi. l. 2. quia † indultum a iure beneficium nemini eſt auferendum, ut in regula indultum. extra de reg. iur. lib. 6. igitur nec iudex mādet aliquid fieri infra duos uel tres dies, nihilominus infra decem dies appellabitur ita notat dominus Gratias in ſuo apparatu de uerb. ſignifica. cap.

4 quicunque. † Sed uidendum eſt de caſibus in quibus appellatio eſt prohibita & quidem eſt appellatio prohibita poſt decem dies a tempore ſcientiæ, uel a ſententia ut dictum eſt. Item appellatio in iudicio momentaneæ poſſeſſionis ut C. ſi de momen. poſſeſſ. l. prima, licet ſecundum canones poſſit appellari, cap. ſignificauerunt. Item non appellatur in criminibus enormibus ut ff. de appellationibus, l. conſtitutus, & ar. ff. de ſicariis l. penult. Item in raptore fœminarum ff. de rapto. uirgi. l. prima. Item in falſatore monetæ, & in eo qui fecit aliquem de carcere exire ut C. de falſ. monet. l. prima. No. tamen, quòd aliquis nomine alicuius appellat. ſiue in ciuili ſiue in criminali ſi is pro quo appellauit habuit ratum, debet autem ratum habere intra tempus appellationis interponendæ arg.

ff. rem

ff. rem ratam habe.l. bonorum. & quidem ar. in l. 1.de bono.poſſeſſ.Item non appellat uerus contumax. C.de iudic. l. properandum §. cum autem & quorum appellationes non recipiuntur, l. & poſt §.fin. niſi remanet donec iudex ſedente pro tribunali.l.diuus ff.de in integrum reſti. & niſi ex iniuſta cauſa impediatur uenire.ff.de in integr.reſtitu. l. 1. & de re iudi.l. contumax,ſed uerus contumax non appellat, ut notatur in d. l. & poſt §. fina. dic
5 ergo quòd † uerus contumax dicitur tripliciter,vel quia iudex ei præcepit,quòd adeſſet ut notatur C. quomodo & quando iudex l.ceſſante uel perſonaliter citatus nihil dixit,ut notatur ff.quando appellandum ſit.l.1.§.fi.Fictè autem contumax eſt quã do nõ inuenitur perſonaliter ſed citatus eſt ad domum,qui appellat,& tunc currit ſibi tempus a die ſcientiæ ut d.§.fi.& hoc de citatione abſentis.Si autem ſit preſens ſed contumax puta in non ſe exhibendo,bene auditur appellans ff.eo.creditor §. ni-
6 xus & † dic quòd contumax excommunicatus auditur in hoc appellans ſcilicet ut cauſam transferat ad ſuperiorem non ut a ſententia excommunicationis per appellationem releuetur,ut notatur extra de ſententia excommunicationis per tuas in gl. 2. Item non appellatur a ſententia arbitri quando nulla eſt eius ſententia C. de arbit. l. 1. eſt autem alius caſus. ff. de iniuſto teſtamen.l.exheredato.in fin.& hi caſus notantur ff. qui appella. non licet, ſed ſecundum canones poteſt a ſententia arbitri appellari, ut notatur 2. queſtio. 6. cap. iudicibus §. primo. Item appellatur à citatione extra de appellatio.cum parati.Item non licet tertio prouocare C.ne liceat in una eademque cauſa tertio prouocare l.1.extra de appellatio.c.directè in caſu tamen in auc.de ſan.epiſcopis §.ſi quis appellatur. Item non ualet appellatio uerbotenus facta,ſeu uiua uoce,immo debet fieri in ſcriptis,ut ff.eo.l.1. §.

ſi.niſi fiat eadem die iudice in eadem figura iudicii exiſtente & tunc appellatio ante ſententiam non ualet etiam eodem die niſi fiat in ſcriptis,quoniam non ualet,niſi cauſa inſeratur. Quod autem dicitur quòd uiua uoce poſſit appellari debet intelligi de appellatione diffinitiuè,in qua non oportet inſeri cauſam ut notatur,ff.eod.l.ſcio.§.fin.Item non ualet appellatio ſi non interponatur coram eo, a quo appellatur,quod fieri debet ff. eod.l.cum quidam, C. de his qui per metum iudi.non appellant. l.2.in fi.niſi forte eius copiam habere non poſſit, quia etiam interim tempora appellationis non currunt ff.quando appellatio ſit l.2.§.dies & niſi uiolentiam eius iuſtè timeat.d.l.cũ quidam,tũcc enim pro appellante reputatur,dummodo publicè proteſtetur,ut eadem l.2.C.de his qui per metum iu.nõ appell. ſed uidetur etiam quod tunc non teneat licet metuat eius uiolentiam, ſi coram eo non appellat,quando eius copiam habere poteſt, ut extra eodem cap. fina. ſecus tamen de conſuetudine ſeruatur. poteſt tamen iudex ad quem appellatur adiri & coram eo appellari ff. quando appellatio ſit l.1.§.ſi quis,& dic ut notatur extra eodem c.appellanti.lib.6.Item non ualet appellatio,ſi interponatur ad iudicem inferiorem uel parem iuriſdictionem habentem.

7 † Debet enim ad maius tribunal appellare C.de appellatio.l. præcibus in fin. ff. eodem l.2. §.ſi quis in fin.20.diſtinctio.ca.inferior. Item quòd licet ſit maior ille,ad quem appellet,tamen non eſt iudex competens inter ipſos litigantes, ut ſi appellatio interponitur ad iudicem alterius prouinciæ,cui non ſubſunt litigantes nec iudex a quo prouocatur 11.quæſtio.2.cap.1.extra de appellationibus cap.ſi duobus & de offic.ord. paſtoralis. † Tertio ſupereſt tractare quid ſit officium iudicis a quo appellatur,& dic,quòd officium eius eſt in admittendo uel reiiciendo appellationem co

ram

ram ſe factam & interpoſitam & diſce quòd aut ap paret appellatio legitima euidens aut apparet legi tima ſeu friuola aut eſt dubium:primo caſu debet puniri præuaricator in triginta pondo auri. C.eo. l. quoniam, de iure autem canonico deponitur ab officio.2.quæſtio. 6. cap.decreto, & notatur extra eodem ca.de priore,& nihilominus iudex appellationis reuocat in ſtatum priſtinum ex officio ſuo, quicquid eſt attentatum extra de iureiurando, ca. ueniens,& notatur ff.de adminiſt.tuto.l. chirographus.§.1.extra de appellatio.cap.non ſolum lib. 6.

9 †Quia nihil eſt innouandum appellatione pendente.ff.nil nouari per totum. Secundo uero caſu non debet iudex deferre, cap.cum appellationibus lib. 6.immo ea non obſtante, exequatur quamuis iudex appellationis hoc poſſit facere ut prædixi, & probatur extra eodem cap.paſtoralis,& notatur 2. quæſtio.6.c.ad Romanam,& ibi uideas. In tertio caſu debet deferre extra eodem cap. cum ſpeciali. §.exceſſus, poteſt autem iudex deferre uti cautella uerborum,quæ legitur, & notatur extra eodem

10 c.cum ceſſante. † Quarto ſuper inhibitionibus faciendis, ſciendum eſt, quod comparente appellante coram iudice appellationis, iudex mandat ante omnia,ut de ſua appellatione doceat, alias audiri non debet, nec ad citationem uel inhibitionem eſt aliquatenus procedendum. Appellatione itaque coram eo exhibita, ſi quidem appareat interpoſita ante ſententiam & non eſt ibi cauſa oppoſita inſerta, tunc ne dum inhibere non debet, ſed nec ſuper eadem citare partem,immo omnino eam reiiciat,ut d.c.romana §.cum autem,& idem ſi ſit interpoſita a diffinitiua & apparet facta expreſsè, ubi extat a iure prohibitio, quæ ponitur ff. de appellatio. recipi.l.prima,uel ſi facta eſt ab eo,uel ab eis, quibus appellare non licet, ut dixi ſupra in uerb.caſus autem. Nam in his caſibus non eſt ad

aliquid

aliquid procedendum, immo reiiciendum ff. de appellatio. per tot. ſi uero de prædictis non apparet, uel dubium ſit, tunc debet partes citare, ut d. §. ſi uero, & §. ſententias, quod de omni quoque negotio, &c. & l. de uno quoque negotio. ff. de re iudi. & tunc appellante non comparente poteſt iudex inhibere, & pronunciare in cauſa, altera parte abſente ſecundum Azonem, ut C. de appellatio. l. fina. §. illud, & hoc ipſum notat in ſumma huius tituli. §. penul. ſed partibus perſonaliter conſtitutis, ſi quidem obiiciatur, quod appellatio in grauamine non continet legitimam cauſam, uel quod appellatio a grauamine, uel a diffinitiua non fuit interpoſita infra decem dies, uel alia cauſa opponatur ſic, quod cauſæ negotium non eſt ad appellationis iudicem deuolutum, tunc non ex inhibito facienda niſi prius conſtiterit ad ſe cauſam eſſe delatam, ut
11 dicto §. ſi uero. † Nam iudex appellationis non debet aliquid incipere, nec iudex inferior debet propterea executioni retardare, quouſque conſtet, quod ſit ad eum deuoluta iuriſdictio extra de reſcriptis dilectus in fin. & notatur in d. cap. Romana. Idem ſi dicatur appellatum a diffinitiua in caſibus prohibitis a iure ſcilicet ſuper notorio, de quo confeſſus eſt, & ſimilibus tunc enim quia ex inſpectione appellationis non apparet de appellationis iuſtitia, uel iniuſtitia, non debet inhibere, niſi prius cognoſcere ceperit de prædictis, ut d. c. ſi autem & d. c. Romana. ſi dubitatur an ſit cauſa probabilis, non debet inhibere, donec cognoſcere incipiat, ut d. cap. Romana, quod ſi obiiciatur, uidetur hoc ſufficere ad lit. conteſtat. & ex tunc inhibeat, quia tunc officium ſuum ſumit initium cognitionis, in authen. de litigiis. §. ſi uero. Quæ quidem litis conteſtatio in cauſa appellationis fit etiam una parte abſente, ut C. de temporibus appellatio. l. fi. §. illud. Circa reuocationem itaq; eius, quod innouatum

uatum eſt qualiter fieri debeat, dic ꝙ quicquid eſt innouatum a die diffinitiuę ſententiæ, ſiue ante appellationem ſiue poſt, quia per appellationis iudicē eſt reuocandum, ut dicto cap. non ſolum. §. primo illa uero, quæ non innouantur poſt appellationem quæ apparet fuiſſe inſertam in ſententia, niſi talis innouatio fieret poſt inhibitionem, quia tunc ſine cauſa in appellatione inſerta ſiue uera ſiue non, non ſunt reuocanda, ut in dicto cap. non ſolum.

12 † Nota autem, quod a ſententia arbitri non appellatur. C. de arbitris. l. 2. Poteſt autem contradici, & opponi. ff. de arbi. l. non diſtinguimus. §. quidam autem, nec etiam ſupplicari. 2. queſt. 6. cap. a

13 iudicibus. §. 3. † Quinto uidendum eſt, quæ ſint partes iudicis: quando appellatio eſt deſerta, & eſt dicendum, quod deſerta appellatione ſit executio prioris ſententiæ facienda. C. eod. l. nulli, quia per deſertionem appellationis remanet ſententia lata. primo uera. ut auctenti. ei qui iurat, & auc. appellatur. C. de temp. appellationum & dic, quod appellatio dicitur deſerta, quando infra tempora appellationis appellans ſuam appellationem non proſe-

14 quitur, ut dict. l. notatur. Eſt autem ſciendum, ꝙ tempus exercendę appellationis eſt triplex. Primum quod ſtatuitur terminus ad iter arripiendum extra de ſententi a & re iudicata. cap. cum cauſam, & de appellatio. cap. peruenit, Secundum eſt ad ſe iudici pręſentandum, ut in cap. cum ſit, de appellatio. & iſti duo termini ab homine pręfiguntur, tertium eſt tempus a lege præfixum, ſcilicet annus ad proſequendum, & ex iuſta cauſa biennium, ut C. de tem. appellatio. l. 2. & per tot. in prędictis autem primis duobus non poſſunt perueniri, ut extra eod. c. ſæpe. Quartum uero eſt C. temp appellatio l. ultima, & notatur. 2. q. 6. c. ſi quis appellat, uerſiculo appellaui, primus autem & ſecūdus terminus poteſt limitari, & pſigi tā a iudice, ut d. c.

Romana

Romana, quam a parte,ut,d.c.abbate,& tunc teneter appellans proſequi cauſã infra terminum prefixum, ut ibi,ſi uero nullus terminus eſt aſſignatus a iudice,uel a parte, licet appellanti ante finem anni,uel biẽnii impetrare iudicem, qui cauſam appellationis poteſt ex ſuo officio partes conuocare, etiam ſi non inſtat, ut dicto cap.abbate.Item dicit, quod tempus anni ad proſequendam appellationem non incipit currere a die litis conteſtatę, uel quaſi,immo incipit currere a die appellationis interpoſitę, ut notatur. C.de tempo.appellatio.l.fin.§. il-
15 lud. † Sexto fuit quæſitum, quis iudex primus, uel ſecundus exequatur ſententiam, circa quod diſtingue, quod aut cauſa appellationis eſt deſerta, ut ſupra proxime dixi, aut eſt uentillata, tunc aut iudex appellationis exequatur, quia confirmando primam ſententiam, oritur actio in factum ut l. ſi quis priore. ff. ad tertulianum, & plenè notatur.C.eodem.l. eos.& ff.de his qui notantur infamia.l. furti,& extra de officio delegati. cap. pa-
16 ſtoralis, & ideo ipſe exequetur. † Septimo reſtat uidere de forma appellationis, & quomodo in ſententia appellationis, iudex pronunciat & in hoc dic, quod libellus appellationis poteſt dici appellatio, & libellus is, qui coram iudice appellationis poſtea offertur. In libello itaq; appellationis debet contineri quis appellat,& aduerſarius cõtra quem.Item a qua ſententia ut ff.de appellationibus.l.1.in fin.cum. l. ſed & ſi ultimum ommittatur, non ideo minus ualet, ut eodem titulo.l. 3.in prin.Coram uobis nobili & potenti uiro domino Antonio honorando poteſtate communis Bononie, Ioannes de horta perſonaliter conſtitutus propono, & dico, quod Petrus me traxit in cauſa coram domino Ludouico Poteſtate ciuitatis Senarũ ſuper petitiõe per eum oblata,qua petit a me cẽtũ.Qui quidẽ poteſtas perperam,indebite & inique

me

me dicto.p.per ſuam ſententiam diffinitiuam condē nauit, & ad ſolutionem eiuſdem quantitatis,quam ſententiam dico iniquam, & nullius momenti, & me ab ipſa indebitè grauatum eſſe. Iccirco ad uos a dicta ſententia, & ab eius proceſſu in his ſcriptis prouoco, & appello, & Apoſtolos cum inſtantia peto ſepe & ſepius, ſubiiciens me ſub ueſtra, ueſtrique officii protectione, & proteſtor, quod hac appellatione pendente contra me,nec in bonis meis directe,uel per obliquum nihil debeat innouari. ex hoc patet,quod in diffinitiua ſententia nulla eſt neceſſario cauſa grauaminis inſerenda, ſed ſufficit dicere nullam, ut extra eodem cap.ut debitus & cap.ſi duobus, ſed in interlocutoria,uel grauamine ſecus,quia oportet cauſam inſeri, & probabilem talem,quæ debeat legitima reputari,ut d.cap.ut debilius, & eſt hoc de iure canonico introductum,ut ibi ſecus forte de iure ciuili, & in illis caſibus, in quibus permittitur ab interlocutoria appellari, per.l.ante ſententiam, de appellationibus reci. & de hoc.ff.eo.l.2.† Ab interlocutoria autem, uel grà

17 uamine ſic appellatio cōcipitur. Coram uobis &c. uſque ibi dico & propono, quod dominus. A.qui ſe gerit per poteſtatē Bononię in cauſa uertente corā eo inter Ioannem actorem, & B.reum cauſa certæ quantitatis pecuniæ per me petitæ pronunciauit, de facto, cum de iure non ualeat,me non eſſe audiendum in probationibus meis, uel inſtrumenta mea, & meos articulos,reiicit,uel aduerſarium meum prę dictum poſt terminum probationis decurſum ad probandum admiſit, in quo, uel in quibus me grauauit indebite propter tales cauſas, uel ſi uis potes in fine cauſas reſeruare, uidelicet in fine appellationis, & huius libelli, eaſque exprimere,a qua interlocutoria, uel qua receptione,uel admiſſione,uel à quolibet eius proceſſu facto & faciendo, communicator, & communicando

ſentiens

ſentiens me non modicũ grauari,& grauatũ fore, tã quã nulla,& perperam,& iniq; prolata ex cauſis prę dictis,& alii in proceſſu declarandis,ad uos. d.capitaneũ,& ad quelibet alium iudicẽ appello,&c.cauſe autem grauaminis ſunt,ꝙ ego dictus.T.ſum ciuis talis ciuitatis,in cuius territorio diſtrictu,pdicta delicta perpetrata fuerunt, q̃ ciuitas habet, & habuit ab antiquo,cuius initii memoria nõ exiſtit, merum & mixtum imperium,& omnem iuriſdictionẽ cognoſcendi, & procedendi, & corrigendi,& puniendi oĩa & ſingula maleficia publica & priuata, culpas & delicta quecunque committerentur in ipſa ciuitate & eius diſtrictu & in ipſius ciuitatis curia,& diſtrictu p oſtiũ ipſius,ego pdictus.T.impeditus p ſolennẽ diffinitiuã,ut patet in actis talis notarii peto abſolui,alias ꝓteſtor mihi cauſas ſaluas fore in ꝓceſſu iudicii proponendas, declarandas, & probandas quantum de iure ſufficiat,ſed contra prædictas formas,uidetur poſſe dici,& obiici in eo ꝙ dicit ſententiam nullam,& ſi qua eſt appello,quia ex hoc uidetur ſibi contrarius,& uaria,ac diuerſa ſimul proponere,ideo repellendus,niſi eligat, ut l. cum filiis. §. uariis, de legatis 2. quæ exceptio impedit litis conteſtationem. Ad idem.l.quod in hæredem. §. eligere.ff.de tribu.

18 † Quia proponens contraria non auditur, ut l. 1.C.de tur.extra de appel. ſolicitudine, unde uidetur ſemetipſum excludere ut l.ſi procurare.§.ſed ſi alius. ff. quando appellatio. ſit dic. Dynus, quod aut talis appellatio interponitur ex parte rei, aut ex parte actoris, primo caſu procedit,quia eſt quædam exceptio,ut ff.de re iu.l. nemo prohibetur, & eſt caſus in l. ſi quantum. C.de exceptio.Secundo uero caſu nõ procedit, ſed eligere debet,quia eſt quędam ſpecies petitionis, quum ille ſit actor in cauſa appellatiõis,qui in principio ſit reus in auc.de his qui ingredi.ad appellatio.§. illud C.co.l.eos,& ideo repellendus cũ incertitudo ꝓueniat

niat ex parte actoris,ut d.§.uariis.unde ſub cōditio ne proponeretur.l.nunc quemadmodū.ff.de iudi.& quia alternatio eſſet contra legem.pretor.ff.de iniu
19 riis † facit quia cauſe appellationis & nullitatis non ſunt tractande coram eodem iudice.C.de ſenté. & interlo.om.iudi.l.C.quomodo & quando iudex. l.ſi ut propones. Sed de conſuetudiue utroque caſu uidetur admitti,& eſt interponenda appellatio coram eo, a quo appellatur, uel coram ipſo iudice appellationis,ut dictum eſt in uerſiculo.Item nō ualet, ſi non interponitur.Hodie autem obtinet,ut ſi timetur ſententia iudicis a quo,& coram quo interponenda eſſet, interponitur appellatio coram aliquo,ſiue aliquibus honeſtis uiris in aliqua dignitate, ſeu officio præſidentibus, tunc ſic dicas.
20 † Coram uobis præpoſito, ſeu priore talis eccleſie &c.tanquam publica, & honeſta perſona ego talis propono,& dico, ut ſupra in aliis formis uſque ad finem. Predictam autem appellationem interpono coram uobis, quia ueriſimiliter metuo appellare coram iudice qui me condemnauit propter minas, & atroces iniurias, quas infeire conſueuit appellantibns coram eo, proteſtans hanc meam appellationem & contenta in ea notificare antedicto iudici,ut in predictis cauſam ignorantie non pretendat.Illa uero honeſta perſona appellatione coram ſe interpoſitam ſignificabit dicto iudici,& ſufficit ad infrigendā excuſationem ſententiæ. Nota quod ſi a ſentetia iudicis delegati appellatur, quod appellare debet ad delegantem,& non ad aliū
21 l.imperator.ff.de appel.& eo.l. præcipuus. † Pone circa hanc materiam appellationis,quod ſi abſenti cauſa reipublice,uel minori,uel eccleſie elapsū eſt tempus proſequende appellationis, modo petitur in integrum reſtitui, queritur apud quem debet fieri reſtitutio, utrum coram iudice appellationis,uel coram iudice principali a quo fuit appella-

tum

tum & dic coram iudice appellationis argumen. l. præſes. C.de appellatio. & hoc notatur plenè. ff. de mino.l.iii cauſę.§.nunc uidendum,Iacob.de Arena. Nota apoſtolos debere peti infra triginta dies a die latæ ſententię. ff.de libertate dimiſ.l.1. & ibi notat Barto. & infra eundem terminum debet peti copia ſententię,alias appellatio uidetur deſerta,ut.l. quo

22 niam nonnulli C.de appellatio.† dum queritur,nun quid à ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis redditum de uoluntate partium appelletur,dic ꝙ ſic ff.de appellatio.l.prima.§.quęſitū & ibi ēt per Bart. in lectura ſua, dum dicit. Item contra &c. l. con-

23 ſenſu.ff.eo.† dum quæritur, quanto tempore duret facultas appellandi una uoce,dicit Barto.in preallega.l.prima.§.quantum.ff.de appellatio.quod tota illa die, dum tamen appelletur, iudice ſedente pro tribunali,ut ff.eodem.l.a ſententia in fin. & hoc dicit ipſe communiter obſeruari,& inducit in argu.l.

24 diuus.ff.de in integr.reſtitutio. † Not. quum dico appello,uideo dicere ſententiam iniquam,notat Bartol.in pręallega.l.prima.§.fina.ff.de appellatio. in uerſi.quero utrum,&c.Dum queritur qualis ſen tentia debet mandari executioni,dic quod per tres res, ſiue in tribus rebus.Primo per res mobiles.Secū do per immobiles.Tertio per nomina debitorum,ut

25 ff.de re iudica.l.a diuo pio, & ibi notatur.† Sed quis mandabit ſententiam executioni a qua excitit appellatum,& per iudicem appellationis confirmatū, dic quod iudex appellationis, non autem primus ut notatur.ff.de his q̄ no.infa.l.furti.§.1.& extra de officio delega.cap.paſtoralis.§.fina.in glo.quæ incipit &c.Nota.quod in quemquam ſententiam ferre non poſſumus,niſi in,aut conuictum aut ſponte cō feſſum,ſecunda queſtio. prima nos in quemquam. Quę autem confeſſio præiudicet his uerſibus continetur,maior.ff.de confeſſio.l.certum.§.maiorem ſpō ſus.31.quęſtion.ſecunda lotharius ſecus.C.de iu.&

fac.

fac ignoran.l.error contra ſe.ff.dę interroga.actio.l. ultima. Nec natura neget. ff. de interroga. actio.l. confeſſio omnibus fauor C. de li.cauſa.l.interrogatam,& his adde.ff.ad l.aquil.inde ueratius.§. final. ius ne repugnet.ff.de pactis.l.ſi unus.32.quæſtione ſecunda capitulo ſolet quęri, & plene notatur ex-
26 tra de confeſ. cap. final. † dum quęritur, an poſſit feriata die appellari dic quod ſic, ut l. prima, C. de feria. & l.miles. §. ſexaginta.ff. de adulte. & ita ponit Barto. in l. prima. §. dies.ff.quando appella. ſit in lectura ſua in uerb. item quæri an poſſit, &c.
27 † Dum quæritur, an ſententia teneat mortuo altero ex litigatoribus, notat archidi.2.q.1.c.in primis, & notat Barto. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcin.l. paulus ꝙ non & arg. l. defunctus. ff.
28 de procura.l.nulla.C.de procura. Nota quòd † utile per inutile non debet uiciari. ff. de uerbo.obligą
29 tio. l. ſed ſi mihi, cum dubitatur, & quæritur † ꝙ ſi procurator eſt condemnatus, & appellat, an debeat appellare proprio nomine, , an procuratorio nomine domini, dic quod quum ipſe procurator ſit d.litis per conteſt.effectus,& in cauſa referatur, ut l.1.C.de ſen. uidetur quod ipſe debeat appellare dicit Barto. ſuper. d. l. 1. ff. de appel. uerſiculo. Item ſecundo quęro &c.ueritas eſt, quod debet procuratorio nomine appellare. ff. quando appella. ſit l.1.§.in prima. Puto etiam dicit ipſe, quod poſſit proprio nomine appellare,ut ea l.ab executore.§.1. & ibi notatur.Quid ſi ſimpliciter diceretur procuratorio nomine, ut l.fin.ff.de inſtru.edi.& l.pe.ſi quis
30 cautè. Barto.ſuper.l.1.§.fin.prædicta ponit.† Cum quæritur an electio,uel confirmatio, quę eſt inualida faciat officialem ſine obiectione, ita quod ſi ab ipſo officiali aliqua gerantur, neceſſe ſit appellare grauatis, dic quod non,ita dicit Bart. ff. de appellatio.l.ſi conſtat,& ſi expreſſim eodem titulo,& ratio ſui dicti poſſet eſſe, quia ſi non tenuit electio, ſeu

confirmatio, non uidetur tenere & ualere geſta per eum, ut ex ipſa. l. colligitur,& eligitur, & hoc notandum dicens nota ex.l.quod uox populi eſt inualida. Hęc ſufficit ad electionem faciendam, ut debita ſolennitas ſeruetur, ut extra de elec.cap.2. Quod facit, ut populus non ualeat alicui auferre ius ſuum. Ad idem facit.ff. qui & a quibus.l.1.& de pollicita.l.totius in fi. Secundo dicit ipſe, quod ex confirmatione ſuperioris non confirmatur electio inualida.C.de itine. actuque l.munera, quod intellige niſi ille qui confert,confirmet ex certa ſciētia, & eſt talis, qui ſua ſponte poteſt dare, hoc tenet Inno.extra de elect.c.dilectus. Et hæc uera, quando electio peccat in forma, quando uero eſt peccatum ex parte perſonę electæ, & confirmantis, tunc idem, quod non ualidat. l. ex conſenſu.§.1.ff. de appellatio. Quando eſt defectus ex parte perſonę electę, tunc bene habet locum.l.barbarius.ff. de
31 offic.prętо. dic ut ibi per Bar. † No. nomen aduerſarii de neceſſitate in appellatione non poni, ut l.tertia uerſi.intellige, ſi quorundam ex his aduerſariis, quos expreſſit in appellatione nomina inſerantur aduerſus appellantes inter hęc quorundam ex his, qui appellant, eis ſolis appellatio proderit. Subſequenter ipſe dicit ratio primi dicti eſt, quia nomen aduerſarii non debet de neceſſitate in appellatione inſeri, ergo ſi quorundam nomina non expreſſit, non nocet, quia idem ſi nullum nomen expreſſiſſet, ſatis eſt, quod de ipſa ſententia fit mentio, & hoc uerum, ſi una erit cauſa,& una ſententia,ſecus ſi diuerſa,ut dicit glo.ratio ſecundi dicti eſt, quia perſona appellātis debet inſeri in appellatione, ergo ſi aliquorum nomina demuntur, non uideri poſſunt appellaſſe, ſed contra ſecundū dictū obſtat,ſi unus ex pluribus appellat.l.1. & 2. ſi illi ſoli quorum nomina ſunt expreſſa,appellaſſe uidetur,hæc uictoria quamuis alie
na

na, proderit tamen etiam aliis, ſecundum diſtinctionem l.contrarię, ut notatur in l. ſi qui ſeparatim per Barto.ff. de appella. & hęc eſt uera ſolutio. Cum quęritur, an debeat pars citari in executione. Cynus uidetur tenere, ꝙ ſic in l. ab executore. C. quorũ appel.non reci.Bar. uidetur contrariã tenere in l.a diuo pio.ff.de re iud.& in l.ab executore.ff.de
32 appel. † Not. ꝙ hęc debent concludi in libello appellatorio pro appellãte,quare peto per uos pronũciari bene & iuſte appellatũ eſſe, & male & inique iudicatũ eſſe, ut probatur in l.eos,C.de appel. Alii addunt dicentes, peto dictam ſententiam tanquam iniquam remedio appellationis caſſari, & irritari,& iſtam formam uidetur ponere ſpeculator, & conſuetudo obſeruat, hoc ponit Barto.in l. 1. §. fin. ff.de appel. uerſi. an debeat in ſcriptis &c. & ſubdit
33 ſic dicendo † ſed huic obſtat ſi iam per ſolam appellationem eſt caſſata, & irritata, ut dicitur ff. ad turpilianum.l.1.in fin. & dixi ſupra quomodo peti tur a iudice caſſari. Item de lege ſub conditione.§. 1.ff.de conditio. iude. Reſpondeo per appellationẽ ſententia extinguitur, non tamen irreuocabiliter. Quod aũt in libello petitur caſſari,& irritari,intelligitur irreuocabiliter.Poſſet tñ dicta cõcluſio aliter formari ſecũdũ diuerſitatem caſuum,ſuper quibus fertur appellatio.Quid.n.ſi reus eſt abſolutus, & actor appellat,certe poterit actor concludere ſic, peto pronunciari bene & iuſte appellatum, & male & inique iudicatum. Et peto mihi reum condemnari in quantitate petita, hoc enim caſu iudex appellationis condemnare debet,ut l. cum appellationibus eodẽ titulo notatur etiã in l.offilius.ff. de legat.3.Item ſi ſententia non diceretur in totum iniqua, ſeu iniuſta ſed ſi eſſet alio modo reformanda, poſſet in concluſione dici, peto dictam ſententiam per uos in melius reformari & ad debitum ſtatutum reduci, ut. ff. eod.l.1. in princi. Puta, ſi

aliquis eſt iuſte condemnatus, quia condemnari debeat, ſed iniuſte, quia iudex nimis exceſſit ut in l. ſi qua pena ubi notatur. ff. de uerborum ſignificatio. in glo. magna facit ad prædicta. l. creditor. §.primo. ff. de ſolu. & iudex ſententiam reformauit, ut ff.de fami.her. l. quædam mulier, & de iur. patrona. l. carmelia. Et ponemus, ſi qua eſt appello, tunc debet in libello concludi, peto per uos dictã ſẽtẽtiam nullam pronunciari, & ſi qua eſſet, &c.& Bart.ſuper.l.prima.§. fin. ff. de appellatione.

34 † Nota quod poſtquam quis appellat ab interloquutoria, iudex primus non habet in proceſſu ipſum de cetero citare, cum appellando uidetur recuſare ſe nolle coram eo litigare, & comparere,& ſic eſt uerus contumax, qui non eſt amplius exquirendus,ut notatur in l.ſi. & in l. ex conſenſu. §.fina.ff.de appellatio. & expreſſum extra de do. & contu.c.2.lib.6.Quod intelligo ſi iudex, a quo eſt appellatum, dedit Apoſtolos refutatorios, prout debet,alias ſecus. Nam eo ipſo quod non darentur Apoſtoli, grauarentur probare extra de appellationi.cap. ex eodem lib.6.& eodem titulo cap. primo, ſic ipſe ſuo facto ſuſpendit iuriſdictionem ſuam.

35 † Tertio quia quando appellatur ab interloquutoria, utrum in cauſa appellationis debeat lis conteſtari in appellatione a diffinitiua, certum eſt,quod parte abſentis poteſt procedere litis non conteſta. C.de temp. appellatio. l. fina. ſed quando proceditur parte preſente, debet lis conteſtari. C. ne lice. in una eademque cauſa. 3. prouoca. l. 1. ſicut etiã in appellatione ab interloquutoria eſt determinatum per canoniſtas extra de appellationi.c.interpo

36 ſita in fin.ubi per Bernardum. † Quarto queritur de modo iuſtificandi & impugnandi appellationem à diffinitiua, & quum appellatur ab interloquutoria, dicit, quod quum appelletur a diffinitiua, certum eſt quod poſſunt noui articuli,& noue probationes

tiones fieri ſecundum ea, quæ habentur in l. eos. C. de appellationi. & de tempo. appellatio. l. per hanc. Sed in appellatio. ab interloquutoria determinatum eſt: quod ſolum ex primis actis posſit iuſtificari uel impugnari, ut extra de appellationi. cap. cum appellanti. Et hoc eſt uerum de iure ciuili, ut l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. & ibi bonus text. dicit tamen demum appellare permittitur ratione minoris ætatis ſi illa minor ætas etiam allegata fuit in priori iudicio. Hoc declaratur per rationem ab interloquutoria appellatio fit ratione grauaminis illati a iudice, quia illud facit contra legẽ ut ſupradictum eſt. Sed ſi aliquis iuſtificaret appellationem ſuã ex aliqua cauſa, quę non fuiſſet iudici nota, non probaret iudicem intuliſſe ſibi grauamen, & ideo appellatio non iuſtificaretur, ergo oportet, quod hoc fiat ex primis, quod non eſſet intelligendum ſimpliciter, ut coram iudice appellationis nihil ſit probandum, ſed eſt recurendum ad text. præallegatum. capitulo interpoſita extra de appellationibus, quia aut ille allegauit cauſam coram iudice, & obtulit ſe probaturum, & tunc coram iudice appellationis, debet probare & de ueritate cauſæ, ut ibi dicitur. Item ſi iudex a quo appellatur, non fuit paſſus acta coram ſe facta ſcribi, uel appellanti copiam dari, poterit pars appellans, hoc proteſtato, coram iudice appellationis probare, ut argumen. C. lite. pendente. l. ſecunda. † Quinto quęro qualiter ſit ſententiandum in appellatione ab interloquutoria, uidelicet utrum in ſcriptis, uel ſine ſcriptis, uidetur, quod ſine ſcriptis, cum iſta ſententia uideatur interloquutoria, ſicut prima argumen. eius quod notatur in c. fi. de re iudi. inclementius, econtra quod in ſcriptis ſit ferenda, ſicut appellatur in ſcriptis, etiam quando lis agitatur parte præſente, ut dictum eſt, & ſic uidetur lis ordinata & ſeruatur. Nã

37

in cauſa appellationis uertitur pluſquam cognitio interloquutoriæ, ſi per hoc tota cauſa deuoluitur ad ſuperiorem ſcilicet ad iudicem appellationis, ut ſtatim dicam, & Bartol. ponit hęc omnia prædicta in dicta l. ante ſententiam, & in l. eius qui ff. de appellatio.

SVMMARIVM

1 Minores in omnibus quæ ſcienter uel ignoranter prætermiſerunt, in hoc lęſi fuerint ſine dolo aduerſarii reſtituuntur.
2 Cui incumbat onus probandi minoritatem.
3 Minor qui iure commune uſus eſt non eſt reſtituendus.
4 Minor qui in criminibus iuri ſuo renunciauit, nunquid reſtituatur.
5 Non præcibus imploratur quod eſt a iure communi prouiſum.

De in integrum reſtitutione.

SEquitur materia de in integrũ reſtitutione, quæ generalis eſt ad minores, ut ſui facilitate lęſi reſtituantur, & ad maiores iuſta cauſa abſentes, uel preſentes, ſi iniuſta cauſa lęſi ſunt, ſimiliter, ut reſtituatur, iuſtiſſima eſt. ff. de in integrum reſtitu. per totum, et quia iſta materia ſatis eſt nota, reſtringamus eam ſub compendio dicentes, primo de obligatione contra minores, Secundo de reſtitutione maiorum, Tertio de tempore reſtitutionis in integrum, Quarto de formis reſtitutionum, et de
1 aliis Cautellis. † Minores igitur in omnibus, quę etiam ſcienter, uel ignoranter prętermiſerunt, ſi in hoc lęſi fuerint, etiam ſine dolo aduerſarii reſtituuntur C. de in integrum reſti. l. minor. l. pen. & l. minoribus. ff. eodem et l. & ſi quando,

do,& per totum,& d.l.ſi ſine in princi. et l. ſequenti,et etiam eo caſu,quo tutor uel curator interuenerit,ſi leſus eſt,etiam contra ipſum tutorem,uel curatorem habet actionem,ut eodem titulo,ſi tutor,uel curator interuenit, et reſtituuntur, dummodo probent & minoritatem,& læſionem.ff.de iure iurando
2 l.nam & poſtea.§.ſi minor.† Sed quero,cui incumbat onus probandi minoritatem,minori ne, an aduerſario,& uidetur quod minori.C.eodem ſi minorem,& l. ſi aduerſario, et in l. cum et uos minores.et C.de probatio.l.cum te, et quia ei, qui dicit et l.2. ff.de probatio. c.contra quod aduerſario incũbat,quia conſtat,quod ſemel fuit minor: quoniam quilibet minor naſcitur,ergo adhuc minor eſſe pręſumitur, niſi contra probetur, ſic & in diuo pio, quia ſi ſemel ſit, ſemper pręſumitur permanere,ergo incumbit minori probatio, argu. contra quia licet quilibet fuerit minor a principio, tamen tractu temporis quis maior efficitur l. Titia.§.uſuras de lega.tertio. Quidam dicunt, quod minor probat, ſed intelligitur probare eo ipſo, quod non probatur contrarium, quia ſemel fuit minor, ut ſupra dixi, & hoc tangitur in l. de ętate. ff.de miniſt. dic quod onus probandi reſultat ex propoſitis, uel ex reſponſione litigantis, ſi enim minor iſte dicit, ſe ſua reſponſione, dico eum non admitti, quia maior, tunc ſibi competit, ſi autem minor in componendo affirmat ſe minorem, tunc minori incumbit, & ſine dubio cautella eſt, ut in proponendo & reſpondendo negatiuam obſeruent,quia ex hoc transferunt onus probandi in aduerſarium ff.de probatio.l.ſecunda in fin. uidetur dicendum, quod ſi euidenter apparet ex aſpectu corporis, tunc ipſe aſpectus transfert onus probandi in aduerſarium, ut probet maiorem eſſe,ſi uero e contra ex aſpectu corporis pręſumatur maior,tunc probet minor,in dubio aũt uidetur,ut minor probet,ut d.l.

tum te. Item obſtat, quod licet ſit minor, tamen eſt læſus, & ideo non reſtituendus, quia non eo ipſo, quod quis eſt minor, uenit reſtituendus, ut d.l. nam
3 & poſtea §. ſi minor. † Item obſtat, quòd licet ſit læſus, tamen non iure minoris, ſed iure communi uſus eſt, & ideo non reſtituendus, C. eo. l. fi. Item ob ſtat, quod in minimo eſt læſus, ergo non reſtituendus, ut ff. de in integr. reſtitu. l. tertia, ſed illud uenit in conſideratione, quando minor eſt læſio rei, uel ſummæ & ideo dic, ut ibi notatur. Item obſtat, quod petit reſtitui in delictis in quibus reſtitutio non datur l. auxilium, & l. ſi ea cauſa §. nunc uidendum ff. de mino. & dic ut ibi. Item obſtat, quod eſt contractus, qui incepit a prædeceſſore ſuo, ideo nō reſtituitur ff. eod. l. emilius, & ff. quibus ex cauſis in poſſ. ea. l. tertia §. marcellus. C. ſi aduer. uend. l. 1. & 2. Item quòd petiit reſtitui, & denegatum fuit, & ideo non petendum. C. ſi ſepi. in integ. reſti. peta. & dic ut ibi. Item quòd renunciauit petitioni reſtitutionis, & beneficio reſtitutionis, ſed hoc non impedit eo ipſo, quod eſt deceptus, ff. eod. l. & ſi ſiue §. reſtitutio, & notatur ff. eo. l. ſi iudex. Nam & ſi ſecundum minorem fuerit conceſſa reſtitutio, qua minor uti non uult, non compellitur minor ibi in d. l. ſi iudex. Item obſtat, quod exiſtens pubes iurauit non contrauenire, ut in auct. ſacramenta puberum, unde non poteſt contrauenire, niſi pubes iuraſſet, ſed quia impubes non iurat, de iureiurando l. qui iuraſſe & 25. quæſtio. 5. cap. paruuli, ſed prædicta loquuntur in contractibus tantum: ſed nunquid præiudicat, ſi iurat in iudicio, uel in actis interuenientibus, & dic quòd ſic: nam in iudiciis quaſi contrahitur, ut l. quod debetur. ff. de peculi. & l. 3. §. idem ſcribit eod. titu. ita notatur in d. aucten. ſacramenta.
4 † Sed quid in criminalibus, quibus minor renunciauit iuri ſuo per iuramentum, & uidetur non reſtitui, quia renunciatio non eſt contractus, qui

ultro

ultro citroque inducat obligationem, ſed ex parte renuncjantis tantum, ergo non eſt contractus de quo in auctẽn. loquitur.ff.de uerbor.ſignificat. ſed dic contra quia aduerſus omnem captionem, & omne quod contingit, reſtituit prætor ff.eod.l.ait prætor in prin.Item quia renunciatio obtinet uim alienationis.ff.de re.eorum l.magis. §. idemque, quòd ſi contractus in quo iurat eſt nullus ipſo iure, uel contra legem, & uidetur omnino competere hoc ſpeciale beneficium, quum competat ei ius commune, quod eſt,ut ſine decreto contractus non ualet,ut ff.de prædi.mino. & ferè per tot. † Non au-
5 tem præcibus imploratur, quod eſt a iure communi prouiſum.l.prima, C. de theſauris,& l.prima, ad municipales.ad idem.ff.eod.l.in cauſa la.2. ſed dic, quod ideo per hoc ſacramentum quis repreſentatur maior, adeo quod cum priuat reſti tutione, ut dicta auctẽn.ſacramenta.Hæc & alia quærere poteſtis ſuper illa auct.in 10.colum. Item obſtat, quod contractus in quo petit reſtitui, & nullus eſt ipſo iure,puta quia uendidit minor ſine auctoritate tutoris uel ſine decreto iudicis, uel ipſe tutor tantum fuit uenditor,uel nulla cauſa fuit alienandi, quibus deficientibus contractus eſt nullus C. de prædi.mino.l.2.In quo tamen contractu minor non iurauerit,reſtituetur uia ordinaria ad rem uenditam. ff.eod. l.in cauſæ,& de prædi.mino. l.prædiorum ciuilium,& l. ſe, cum ſimili. Ideo autem reſtitutio ceſſat,quia ordinaria uia tollit extraordinariam,ut in d.l.cauſæ. Item obſtat, quia petit reſtitui per procuratorem qui ad hoc non habet ſpeciale mandatum.ff.eod.l.illud §.ſi talis,& extra eod.c. coram, & ibi notatur.

De

De inſtructione iudicis tam in cauſis commiſſariis quàm ordinariis, & primo in commiſſariis.

ADmittantur literæ commiſſionis reuerenter, vt debet admittimus ea qua decet, & debet reuerentia, & decernimus, & inſpecta ſignatura; ſi nulla conditio, uel qualitas eſſet prius probanda, uel liquidanda, decerni poterit citatio cum inhibitione iuxta petitionem agentis, & ſtilum tribunalis, alias prius qualitas illa eſt uerificanda, deinde ſi partes comparerent per procuratorem, & obiiciũt generaliter exceptiones de incompetentia contra iudicem, & contra perſonas procuratorum, quandoque etiam contra reſcriptum, tunc primo pronunciandum erit, ſe competentem, & mandata legitima, & ſi eſſent obiectæ exceptiones requirentes altiorem indaginem additur, reſeruatis exceptionibus utrinque, uel ex altera partium in fine cauſæ. Poſt modum fundata iuriſdictione ſuæ perſonæ, & legitimatis perſonis procuratorum, procedetur ad uerificationem precum, & ſupplicis, & ad incumbentia alteri, uel utrique parti. Et ſi ſumus in cauſa appellationis, dicitur ad iuſtificandum, & impugnandum & in his datur dilatio ſtatuta per conſtitutiones, uel conſuetudinem fori de iure, uel arbitrio quandoque iudicis prima, quandoque ſecunda & ulterius. Hic aduertendum, quod quandoque ſolet ſupplicatio, & reſcriptum produci loco libelli, & tunc reus reſpondet, ſi cauſa ſit ordinaria, iudex debet prenunciare litem eſſe conteſtatam & pro conteſtata haberi. Producuntur poſtea poſitiones, quibus petitur reſponderi per partem principalem quandoque, & non per procuratorem, & tunc iudex admittit ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum, & mandat principali, uel procuratori, quod non diſcedat, quando reſpondeat

per

per uerbum credit,uel non credit, alias habebitur pro confeſſo, uel negante prout ſibi magis nocebit. Facta reſponſione,illæ,quę negantur, reproducuntur in forma articulorum,ſuper quibus teſtes ſunt examinandi,& tunc pars, contra quam, &c. petit copiam, & quod non examinentur abſque interrogatoriis.Et iudex decernit copiam,& ſtatuit terminum quatuor,uel quinque dierum ad faciendum interrogatoria.Teſtes poſtea producuntur ad iurandum, & admittuntur ſaluis exceptionibus partis aduerſę,tam cõtra perſonas,quam dicta, de quo pars proteſtatur,ſi eſt preſens, alias iudex honeſtè reſeruat in prouincia ſua. Præterea fit publicatio atteſtationum,& decernitur copia utrinq;. Quandoque examinantur alii teſtes reprobatorii primorum, & in his partes ipſę docebunt iudicem, demum fiet.concluſio in cauſa de conſenſu partium, uel alterius, & quandoque utraque contradicente ſi ęquitas & cauſa rationabilis mouet iudicem.

De iudice ordinario.

NOn requiritur pronuncia competentię iudicis ordinarii regulariter,niſi obiiceretur, quod ipſe eſt excommunicatus, furioſus, minor,&c.quia tunc bene pronunciabit ſe competentem, ſi ſit talis exceptio, de qua ipſe cognoſcere poteſt. In aliis ibitur ad alium iudicem iuxta canonicas ſanctiones, uel legales, ſed bene pronunciabit ſuper legitimatione procuratorum, ſi agitetur cauſa per eos, alias non eſt neceſſaria. In ferenda ſententia: eſt ante omnia diſcutiendum, an reus fuerit citatus legitimè & ſecundum ſtilum fori ad reſpondendum cõtra libellum.Item an ſint producta in actis mãdata procuratorũ,& an ſint ſufficientia, & ſpecialia,ubi requiritur ſpeciale mãdatũ,q̃a iſtis

ceſſantibus, iudicium redderetur nullum, niſi produ cerentur ſufficientia ante ſententiam. In quo eſt ad uertendum, an aduerſarius exceperit, & cuius ſit na tura illud, quia quędam procedũt niſi pars obiiciat, quędam annullant iudicium, etiam parte non oppo nente. Circa quę ſciendum, quod pronuncia legiti mationis mandatorum poſt decem dies claudit os partibus, ſed non iudici, quia ſemper poteſt repelle re non habentem ſufficiens mandatum, niſi fieret re ſeruatio exceptionum in fine cauſæ, ut dixi ſupra, quia tunc et pars audietur in diſcuſſione factarum exceptionum. Deinde intuendum ad concluſionem libelli, & an agens habeat actionem quam intentauit, & an aliud intentauerit, ucibi gratia mutuum naturale, & uerum, & probauit confeſſionem de mutuo, ſed non ueram numerationem, quia in his debet abſolui reus, & actor condemnari in expenſis. Preterea aduertendum in ordinariis, an ſit lis conteſtata ſuper libello, alias ſi non eſt libellus uel eſt ineptus, & pars obiecit, ſi non eſt lis conteſtata, iudicium eſt nullũ. Item ſi pars fuit citata in iuramento teſtium in productione iurium, & in ſingulis actibus, maximè preiudicialibus in iudicio, quia omiſſio unius citationis requiſitę uitiat actum, & totum iudicium per conſequens. Quando producuntur inſtrumenta, legantur diligẽtiſſime, & an habeant teſtes requiſitos, & alia ſolen nia, quia inſtrumẽta in nonnullis caſibus, & quantitatibus pecuniarum requirunt duos, & etiam ultra tres teſtes, & multo diligentius, ſi eſſet inſtrumentum teſtamenti, an teſtes ſint rogati uel fœminę. nam huiuſmodi diligentia fecit mihi honorem, dixi aduertendum omnino, an pars exceperit, qñ illius obiectio eſt neceſſaria. Iterum in hoc aduertatur, an exceptio fuerit ſpecialis, uel generalis, quia generalis regulariter ſufficit niſi de iure alias ſit expreſſũ niſi aduerſarius replicauerit, dicẽdo ex-

ceptionem

ceptionē aduerſarii fuiſſe generalē, & petēdo illam declarari i tali parte. quoniam ſi alias excipiens nō declaret talis ſua exceptio eum non releuat & ſic procederet intentio aduerſarii non obſtante illa generali exceptione non declarata, quod procedit etiā in libello generali licet pars excipiat contra illum quia procedit, niſi petat generalitatem libelli declarari in tali parte, &c. Quando libellus, litis conteſtatio, aſſignatio dilationū, publicatio, cōcluſio in cauſa cum mandatis ſufficientibus ac citationibus requiſitis interuenerunt tunc diſcutiendum eſt probationibus. In quibus ſciendum eſt quod regulariter reus debet abſolui actore plenè nō probante ſed aduertendum an abſoluatur diffinitiuè, quando nihil ſufficienter probauit actor ſed eſt nixus producendo teſtes &c. an ab obſeruatione iudicii reſeruato iure iterum agendi. Quod ſit ſi poſt litem conteſtatam nihil omnino tentauit probare, fortaſſe fuit abſens uel contumax uel nulliter egit, & aliis caſibus in iure expreſſis, &c. præſertim ſi iudicium eſt nullum ex capitibus ſupra nominatis eſt cautella ꝙ quando iudex ex aliqua rationabili cauſa ſibi nota. non uult præiudicare actori neque reo per ſuam ſententiam abſoluit reum ab obſeruatione & tella illius iudicii, reſeruato iure iterum agendi ipſi actori quem quandoque condemnat in expenſis quandoque abſoluit utroſq; ꝓpter iuſtam cauſam litigādi & facilis debet eſſe iudex in abſolutione expēſarum niſi uideat apertam calumniam uel teneritatē quia talis abſolutio eſt leuamen condemnati & facilius plerunque fit concordia. diffinitiuæ concipiūtur uerba abſoluimus ab impetitione a petitis, a moleſtatione ipſius actoris &c. de forma per ſpec. & aliis locis ſuis. Procuratores cōſueuerunt ſcribere ſententiam uſque ad uerbum. Chriſti nomine &c. Inuocato excluſiue.

In

In cauſis appellationum quomodo pronunciandum eſt.

Bene uel male fuiſſe & eſſe iudicatum, interloquutum, pronunciatum & declaratum & ſententiatum per iudicem a quo. Si ſit ſecunda ſententia dicatur tam per primum iudicem quam ſecundum, uel tam per iudicem a quo quam per iudicem ad quem, uel bene per iudicem a quo, & male perperam & iniuſtè per iudicem ad quem. Confirmantes & approbantes dicti primi iudicis ſententiam, & alia uerba iuxta peritiam iudicantis pro diuerſitate negociorum. Verba communiter adhibēda ſunt malè, perperam, iniuſte, nulliter. econtra bene, rite recte, ſanc̄te, & iuſte; quæ omnia ſolent cumulari ad cautellam. Quandoque bene iudicatum, præterquam in tali parte & capitulis in quibus eā reformantes dicimus ſententiamus & declaramus taliter, &c. Quandoque honeſtando factum primi iudicis coram quo non fuerunt omnia producta dicitur ex nouiter autem coram nobis in iudicio deductis, producteis allegatis, & probatis dicimus, ſententiamus; &c.

Quomodo in condemnatione expenſarum pronunciandum ſit.

Et dictum talem propter iniuſtam cauſam litigādi in expenſione huius iudicii, uel tam primi quā huius iudicii, condemnamus, cuius taxationem in nobis, quandoque additur, & noſtro in officio ſucceſſori, quandoque, & cui de iure competit, reſeruamus, & predicta dicimus, pronunciamus, reformamus ſi cadit reformatio: ſētētiamus, & declāram⁹ omni meliori modo uia, iure & forma, qua, & qbus magis, & melius de iure poſſumus & debemus, in criminalibus recurre ſp ad Angelū de Aretio, q ad ſatu

ritatem,

ritatem & ſufficienter docet.in omnibus productio nibus debetis dicere, admittimus,ſi.& in quantum de iure tenemur,& debemus, & non aliter,nec alio modo. Quando autem non uultis admittere, reſpondeatis non admitto,niſi ſi & in quantum,&c.in dubio fiat admiſſio,alias grauatur pars & datur cau ſa appellandi. In appellationibus quandoque eſt re mouendum grauamen,per huiuſmodi uerba uidelicet,Reuocamus dictam pronũciam,& interloquuto riam noſtram,& omne grauamen,&c.& reponimus uos ad excipiendũ,pducẽdũ &c.Pronũcia cõpetẽtiæ de qua ſupra eſt magni effectus qua ſi reſcriptum eſſet nullum,uel iudex alias incompetens,talis inter loquutoria poſt decem dies tranſit in rem iudicatã, & facit ius,et tenebit iudicium alias nullum modo iudex ſit capax illius iuriſdictionis, alias nihil operatur,ut in layco cognoſcẽte ſuper re ſpirituali, uel inter clericos,et ſimilia.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE